



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Panarion, Hoc Est, Arca Medica Variis Diuinæ Scriptvræ  
priscorumq[ue] Patrvm Antidotis aduersus Animi morbos  
instructa**

**Busaeus, Johannes**

**Moguntiae, 1608**

L.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54834)



## L

## LINGVÆ ABVSVS

## Remedia contra Linguæ abusus.

Eccl. 19. 17.  
Eccl. 14. 1.  
Iac. 3. 7.

Nazians.

Max. ep. 12.  
Aug. serm. 7.

Id. 1. 10. c. 37.

Chry. hom. ad  
baptizand.

Prov. 16. 1.  
Ecl. 14. 3.

**P** R I M U M Remedium. Considera, quanta sit in coercenda lingua difficultas vt hoc diligentius idonea cōquiras remedia. *Quis est, inquit Sapiens, qui non deliquerit in lingua sua? Et Beatus vir qui non lapsus est verbo ex ore suo.* Sic B. Iacobus. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Et. *Omnis natura bestiarum, & volucrum & serpentium, & ceterorum domantur, & domita sunt à natura humana; linguam autem nullus hominū domare potest.* Haud aliter SS. Patres. Nam B. GREG. NAZIANZENSIS de suo quadragenarii ieiunii silentio scribens. *Lingua, inquit, nō homo, non nix, non torrens, non scopulus, non deniq. res vlla coercere potest. Nihil, est, quod à lingue sagitta tutum atq. immune sit. Quam qui sanis domuerit, is mirum sapientia arcem & principatum tenet.* Et circa finem queritur se, licet morbo affectum, & senectute fractum & debilitatum, tamen non potuisse effugere linguæ indomita calamitatem, & vixitote cui amicorum omnium inuidiam constaret. Et in epistola quadam ad Basilium. *Nemo, ait, lingue libertatem coercebit.* Et B. AUGUSTINVS de verbis Domini in Matthæum. *Linguam nullus hominum domare potest. Et homo domat feram, non domat linguam, domat leonem, & non refrasit sermonem. domat ipse, & non domat seipsum. Domat, quod timebat, & vt se domet, non timet, quod timere debebat.* Et in libris confessionum. *Tentamur bis tentationibus (linguæ) quotidie Domine, sine cessatione tentamur. Quotidiana fornax nostra est humana lingua. Imperas nobis & in hoc genere consentiam. Est qualiscunque in aliis generib. tentationum mihi facultas explorandæ me, in hoc pæne nulla est.* AVGET difficultatem quod nulli hominis membro æquè atque linguæ insidiatur dæmon teste Chryostomo. *Post lacrum undique, inquit, hostis insidias præparare consuevit, sed facilius lingua & ore peccante. Nullum enim a què congruum illi organum in ministerium est interitus atque peccati.*

II. REMED. Implora auxilium diuinum pro cohibenda lingua. *Hominis enim est, vt ait Salomon, animam præparare, & Domini gubernare linguam.* Id imploravit Dauid, cum oraret. *Pone Domine custodiam ori meo, & osium circumflam-*



cumstantia labijs meis. Hoc antidoto Virginem munit B. BASILIVS in libro de vera Virginitate, sic monens. *Virgo intra cordis sui secreta cubilia quiescit, id iugiter, atq; plus alijs orans. Pone Domine custodiam ori meo, et osium circumstantia labijs meis. Atq; in hunc modum os suum orationibus communit. Et August.* loco supra citato. *Intelligamus, inquit, carissimi, si linguam nullus hominum domare potest, ad Deum confugiendum est, qui domet linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris, non potes, quia homo es: linguam nullus hominum domare potest. Attendite similitudinem ab ipsis bestiis, quas domamus. Equus non se domat, camelus non se domat, elephanti non se domat, aspis non se domat, leo non se domat, sic et homo non se domat, sed ut equus dometur, bos, camelus, elephanti, leo, aspis queritur homo. Ergo DEVS quaratur, ut dometur homo. Ergo Domine refugium tu factus es nobis, confestim nos ad te et bene nobis erit de te. Malum est nobis de nobis quia dimisimus te: dimisisti nos nobis. Inueniamur ergo in te, quia perieramus in nobis. Domine refugium factus es nobis.* Vnde in libro decimo Confessionum, cum dixisset, à Deo quoq; imperari nobis continentiam linguæ, mox adiunxit. *Da quod iubet. Et iube quod vis. Tu nosti de hac re gemitum cordis mei, et flumina oculorum meorum. Neq; enim facile colligo, quam sim ab ista peste mundatior, et multum timeo occultamea, quæ norunt oculi tui, mei autem non. Verum quia hæc linguæ frenatio, primum quidem ductu, auspicioq; diuino ut loquitur Nazianzenus, deinde verè etiam mentis nostræ clauo indiget, subiicienda sunt alia remedia.*

III. REMED. Antequam ad loquendum proficias, expende & præmeditare quid sit loquendum. Quo pertinere putat B. AVGVSTINVS illa verba regii prophætæ. *Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea. Non enim, inquit, lingua frustra in vado est, nisi quia facile labitur. Videns ergo quam esset difficile, ut necessitatem loquendi haberet homo, et in loquendo non aliquid diceret, quod se dixisse nollet. Statuerat non loqui, ne aliquid diceret, quod locutum se esse paniteret, etc. Custodi ergo vias tuas à litiham et noli delinquere in lingua tua: perpende quod dicturus es, examina, consule interiorem veritatem, et sic profer ad exteriorum auditorem. Et in psalmum 51. ait, Sicut eligis quo vescaris, sic elige quod loquaris. Eodem modo verba illa exponit AMBROSIVS. Audiamus, inquit, cautionis magistrum. *Dixi custodiam vias meas, hoc est, tacito cogitationis præcepto in-**

*dixi mihi, ut custodirem vias meas. Aliæ sunt viæ, quas debemus sequi, aliæ quas custodire. Sequi vias Domini, custodire nostras, ne in culpam dirigamur. Potes autem custodire, si non cito loquaris. Idem remedium populo Antiocheno proponit alicubi Chrysostomus. Et lingua, inquit, regulas quasdam et leges ponamus, ut prius verba ruminet, et ita proferat. Et Greg. magnus. Qui in dictis suis reprobari metuit, ipse prius debet examinare quod dicit, quatenus inter cor et linguam aliquis quidam discretusq; arbiter sedeat, subriter pensans, si recta verba cor offerat.*

II. REMEDIUM. Prius discet tacere, maxime si adhuc adolefcens sis quam loqui, secundum illud Sapientis. *Homo sapiens tacebit usque ad tempus.*

Basil.

Aug. de verb. d.

Iac. 1. 7.

Psal. 89. 1.

Cap. 37.

Naz. de silentio  
40. dicit.

Aug. in Pl. 18. 2.

Psalm. 38.

Chry. hom. 71  
Greg. mor. 8. 6.Ecclesi. 10. 7. &  
31. 10.



Iac. 1. 19.

Amb. 1. 1. c. 2.

Matth. 12. 37.

Iſa. 50. 4.

Eecli. 20.

Pſal. 38. 2.

Id. cap. 3.

Eecli. 3. 7.

Dan. 13. 35.

Id. c. 19.

Hier. ep. 2.

Hier. in. c. 3.

Eecli. 2. 8.

Iac. 3. 5.

Greg. Naz.

Et. Adoleſcens loqueri in tua cauſa: ſi bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum. in multis eſto quaſi inſcius, ſed audi tacens. Et B. Iacobi. Sit autem omnis homo veſox ad audiendum: tardus autem ad loquendum. Hoc antidotum maxime inculcat B. AMBROSIVS initio ſuorum librorum de officiis. Quid, inquit, præ ceteris debemus diſcere, quam tacere, ut poſſimus loqui, ne prius me vox condemnet mea, quam abſoluat aliena? Scriptum eſt enim; ex verbis tuis condemnaberis. Quid opus eſt igitur, ut properes periculū ſuſcipere condemnationis loquēdo cum tacēdo poſſis eſſe iutor? Complures vidē loquendo peccatū incidiffe, vix quēquam tacendo. Nonque tacere noſſe, quam loqui difficilius eſt. Scio namq. loquitur plerūq. cū tacere neſciat. Rarum eſt tacere quēquā, cui ſibi loqui nihil proſit. Sapiens eſt ergo qui nouit tacere. Deniq. Sapiētia Dei dixit Dominus dedit mihi linguam eruditionis, ut ſciam quando oporteat ſermonē dicere. Merito ergo Sapiens, qui à Domino accipit, quo tempore ſibi loquendū ſit. Vnde bene ait ſcriptura; Homo ſapiens tacebit vsq. ad tēp. Deniq. ſancti Domini ait. Dixi euſtodiā vias meas, ut nō delinquā in lingua mea. Et in ſca. Quid igitur mutos nos eſſe oportet? Minime eſt. n. tempus tacendi, & eſt tempus loquendi. Eſt magnū & negotioſum ſilentium: ut erat Suſanna q̄ plus egit tacendo, q̄ ſi eſſet locuta. Tacendo. n. apud homines locuta eſt, Deo nec vllum manus indicium ſuæ caſtitaſis inuenit quā ſilentium. Conſcientia loquebatur, vbi vox non audiebatur: nec quærebat p̄ ſibi minū iudicium q̄ habebat Domini teſtimonium. Ab illo igitur volebat abſolui, quē ſcibat nullo modo poſſe falli. Ipſe Dominus in Euangelio tacens operabatur ſalutē hominū. Et multo poſt. Ipſe Pythagoras, q̄ legitur Socrate anti quior Propheta ſecutus Dauid legē ſilentij dedit ſuis. Sed ille, ut p̄ quinque annū diſcipulis vſum inſiheret loquendi. Dauid autē non ut nature mun⁹ immineret, ſed ut oſtendā p̄ ferendi ſermonis doceret. Et Pythagoras quidē ut nō loquendo loqui doceret. Dauid, ut loquēdo magis diſceremus loqui. Hier. ad Nepotianū. Hipocrates adurat diſcipulos ſuos ante q̄ doceret & in verba ſua iurare, cōpellit, extorquet Sacramento ſilentij, ſermonem, in cōſuetudine, mores q̄ p̄ ſcribit, quāto magis nos? Et in verba Eecli. Tēpus tacendi & tēp. loquendi. Pythagoricos, inquit, reor, quorū diſciplina eſt tacere p̄ quinque annū, & poſtea eruditior loq. hinc origenē ſuū traxiſſe decreti. Diſcam⁹. itaq. & nos prius nō loq. ut poſtea ad loquendū ora referem⁹. Sileam⁹ certo tēpore, ad p̄ceptoris eloq. p̄deam⁹. Nihil nobis videatur rectū eſſe, niſi q̄ diſcim⁹, ut poſt multū ſilentium de diſcipulis efficiamur magiſtri.

V. R. E. M. Conſidera, quot mala creet licentia linguæ. Ea digitus Dei cum alibi, tum copioſe apud Eccleſiaſticū, & B. Iacobum Apoſtoli depinxit. Lingua, inquit, modicū quidem membrum eſt, & magna exaltat. Ecce quantum ignis, quā magnam ſyluā incendit. Et lingua ignis eſt vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in mēbris noſtris, q̄ maculat totum corpus, & inflāmat rotam naturæ noſtræ inſlāmata à gebenna. Linguam nullus hominū domare poteſt. in quietū malū plena veneno morti ferro. In ipſa benedicim⁹ Deū & patrem: & in ipſa maledicim⁹ hominē q̄ ad ſimilitudinē Dei facti ſunt. Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio. GREG. NAZ. de ieiuniū ſilentio ſui. Certe nulla res eſt, q̄ magis ore hominib. pernitit affert.



quàm lingua. Equus est perpetuo cursu mentē antecurrens telū propriissimum ac paratissimū. Et paulo post. Lingua in ppinguo est sagittarius. Sagitta in arcu est: nerui ipsi quàm maximè intersi. Protin⁹ ut mēs tela emisere: statim puolat, omniaq; ferunt, cautes, terrores, viuentes, posteros nō minus eos, qui ab huiusmodi sagittis sibi cauent, easq; sedulo obseruant, q̄ qui nihil mali suspicantur, nō min⁹ bonos q̄ malos, non minus amicos, q̄ hostes, non minus exteros longe q; distros, quàm ppinguos: deniq; nihil est, q̄ à lingua sagitta tui atq; immane sit. Et infra. Quis autē, quot mala ex ea oriatur, oratione cōsequi possit? Demē cū domo, si ita voluerit, vrbe cum vrbe, principē cū populo, populū rursus cum principe statim ac sine vllō negotio cōmittit, non aliter atq; i gniculus stipula adnotus in magnū incēdū cito excrecens. **HIER.** Lingua nihil mediū habet, aut grande malū est, aut grande bonum. Grange bonum, si Christum Deum constituitur. grande malū, si Christū Deum negat. Ergo ne putet aliquis, & dicat interi⁹; opere non peccauit: si peccauit, lingua peccauit. Quod est maius peccatū, quàm blasphemā in Deū? & tamē lingua peccat. Et infra. Grande scelus est, quando detraho fratri meo, lingua mea fratrem interficio. Qui enim odit fratrem suum, homicida est. Videte quid dicat Salomō **PROV. 18. 21.** In manu lingua mors & vita. **EPH. 4.** de lingua malo. Perungatum est totis castris Mariā repente lepra correptā esse, q̄ linguā in mitissimū fratrem, qui p ipsa deprecabatur Dominū, exacuisse. Vnde iustus vltor meritas de prophetissa propter petulantia linguā eius penas sumpsit. Su surrationes. & detractiones abominatur, quibus homines insipientes delectantur. **PLURIMIS** licet miraculis claruisset Moyses, vbi modicē lingua laps⁹ est à terra promissionis excidit. Magnū & horrendum mare viā ei pracludere non potuit, sed verbū vnicū iniquē ab eo, platū, velut mur⁹ aliquis ipsi obstitit, ne vltius progredi posset. Si Moysen, qui Dei instar factus erat Pharaoni vel solū verbū exclusit à terra promissionis, quanto magis nos maledicentia linguā nostrā, quam in Deum & homines quotidie exactimus ac stringimus, à regno Dei arcebit? **BERN.** de triplici custodia, manus, linguā & cordis. Quis sane numeret, quantas modicum lingua membrum contrahat sordes: quàm multiplex in labiis incircumcisis immunditia coaguletur, quàm sit grauis pernicies oris incircumspecti? Est enim lingua dissoluta in sermonibus otiosis, est lingua impudica, est & magniloqua, quarum prima lasciuia sequens arrogantiā famulatur. Est etiam lingua dolosa, & itcm lingua maledica, quarum altera in falso q̄ & adulatoriā subdiuiditur, altera vera nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod si de omni vel otioso verbo, quodcumq; locuti fuerint homines, Deo sunt reddunt rationē in die iudicij, quāto districti⁹ de verbo mēdaci, mordaci, & iniurioso, de elato vel lasciuo, de adulatorio, aut detractorio iudicabuntur? **VI. REM.** Propter hæc linguā mala, serio proponete custoditurum linguam tuam, exemplo Dauidis dicentis. Posui ori meo custodiam. Quis exim custodit os suum, ait Salomon, custodit animam suam. Et qui moderatur sermones suos doctus & prudens est. Et. qui custodit os suum & linguam suam, custodit ab angustis animam suam. Et. Quis dabit ori meo custodiam, & super labia mea signaculum verum, vt non cadam in ipsis, & lingua mea non perdat me. **ET B. PETRUS.** Qui vult

Hier. in Pla. 119.

PROV. 18. 21.  
Ephr. tom. 1.  
Num. 12. 10.

Num. 20. 12.  
Exod. 14. 21.

Num. 11. 14. 20.

Bern. in fern.

Psal. 38. 21.

Prou. 13. 3.

Prou. 17. 27.

Prou. 21. 23.

Eccl. 22. 33.

VI. REM.



Naz. l. cit.

vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. GREGORIUS NAZIANZENSIS. Quemadmodum quis obliquam plantam manu paulatim in contrariam partem inflectat, hoc assequitur, ut quam primum violentiam ab eo manum subduxerit, rigida stet, sic ego cum præcipitis sermonis imperium mediocritatis regulam excessisse perspicerem, nullum mihi remedium inueni, quàm ut eum excelsi pectore premerem: ut lingua mea, & qua dicenda, & qua tacenda sunt, addisceret. Ob eam itaq; causam omni eam loquendi facilitate ad certum tempus orbavit, sic fiet, ut mediocritatem postea nimis aspicietur. Hæc

Amb. 1. offic. c. 3.  
Psal. 38. 2.  
Prou. 4. 23.

lex omnibus immodice erga rem aliquam affectis posita sit. O quantum fructum affert, pulsato intus atq; incitato pectore linguam loqui gestientem cohibere? AMBR. R. Etè David non silentium sibi indixit perpetuum, sed custodiam (dicens. Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea) Custodiamus ergo cor nostrum, custodiamus os nostrum. Vtrumq; enim scriptum est hic, ut os custodiamus. Alibi. Omni custodia serua cor tuum. Si custodiebat David, tu non custodies? Et paulo post. Alliga sermonem tuum, ne luxuriat, ne lasciuat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coerceatur. Cito lutum colligit amnis exundans. Sit ori ostium, ut claudatur vbi oportet, & obseretur diligentius, ne quis in iracundiam exaltet vocem tuam, & contumeliam rependas contumelia. Et alibi scribens in eadem

Id in Psal. 38.  
initio.

verbaregia. O, exclamat, validum scutum, circumspice munitionis silentium. O fidißimum stabilitatis fundamentum, in quo si quis potuerit stare, lubricum non videri non possit. Multi enim etiam stabili corde firmati, incauti tamen sermonis fluctuantis errore sepe ceciderunt. Videns igitur huiusmodi insidias se propheta tentari, terra se ipse tacitè conferebat, legem sibi taciturnitatis imponens dicens. Posui ori meo custodiam, hoc est, proposui, confirmavi, imperavi mihi, locutus sum coram meo. Vias meas custodiam. Si alius dixisset, sermo meus stare deberet: quanto magis stabile esse debet quod mihi ipsi constitui? CHRYSOSTOMVS ad baptizandos. Quidam, nempe sapiens, ob mentium lapsus ex garrulitate venientes suadet multam ori adhiberi cautelam dicens. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam non audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Non ut ostia corpori faciamus, sed ut non facile verba proferantur, & ad incongrua dicenda se se lingua cum omni cautela contineat. Et infra. Nam & dentium tegmine, & labiorum custodia lingua continetur, ne verba impudè garrulitate proferantur. Refrena igitur linguam, & si non patitur reticere, dentium morsu quiescat, & tanquam carnifici dentibus tradatur.

Chryf.  
Eccli. 28. 28.

Prou. 19. 3.  
Eccli. 5. 16.  
Eccli. 28. 29.

VII. REMED. Prudencia vel discretio in loquendo, hoc est, ut habeas in sermone tuo, vel silentio rationem circumstantiarum, temporis, loci, personarum, modi, & similitum. Quis enim incōsideratus est ad loquendum, ait Salomon, sentiet mala. Et Ecclesiasticus. Lingua imprudentis subuersio est ipsius. Et. Verbis tuis facito stateram, & frenos oris tui rectos, & attende ne forte labris tuis lingua tua. Et Apostolus. Sermo vestri in gratia sit sicut conditus, ut scitis, quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere. S. BAZILIUS ad Gregorium Theologum.

Baz. ep. 1.

Inp. i. ad



In primis magno studio id comparandum habemus, scitè vt sermocinari possimus, vt nec contenti sicut percuntemur, nec affectantius respondeamus, vt differenti non obloquamur, nec inter fari gestiam<sup>9</sup> absurda ostentatione, fastumq; præ se ferere, vt modè teneamus & sermocinandi & auscultandi. S. GREGORIUS in Ecclesiastem. *Lingua parè vii præclarum, atq; ad loquendi studium grauitatem, constantiamq; adhibere. Non enim nos inconulto loquendi studio teneri oportet, eaq; quæ in mentè veniunt, quamuis absurda, proferre atq; emittere: verum cogitare, quod licet magno intervallo à cælo distemus, certum est tamen sermones nostros à Deo exaudiri.* S. AMBROSIVS. Sapiens, vt loquatur, multa prius considerat, quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. *Est ergo tacendi & loquendi modus. Est etiam in factis modus. Pulchrum est igitur tenere mensuram officii. Et in psalmo 118. Periculum non est solum falsa dicere, sed etiam verè, & quæ ea insinuet, quibus non oportet. Quod vitium quadripartitum est, vel adulationis, vel auaritiæ, vel instantiæ vel loquacitatis incautiæ. Pleriq; dum sine præiudicio loquuntur, verbum emittunt, quod reuocare non possunt. Ideo vir laudatur se- riuus & non otiosus. Erat homo abscondens sermones suos; vt Apostolus Paulus, qui nouit quid loquatur singulis, & quando quid loqui debeat. Vnde & Corinthiis dicit. Lac vobis potum dedi, non escam. nondum enim poteratis, &c. Ideo & Salomon tempus tacendi, & tempus loquendi esse docet. S. GREG. lib. 24. moral. In omni quod dicitur, summo opere intendum est, quid dicatur, cui dicatur, quando dicatur, quomodo dicatur. Et in Epistola ad quinq; Patriarchas. Cum me ad considerandum debitum pastoris verbum ac silentium confesso, pauenti cura perpendo, quod valde necesse est, vt discretus sit in silentio, & vitilis in verbo, ne aut tacèda proferat, aut porferenda reticeat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita indiscretum silentium hos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit.*

Necocl. c. 5.

Ambros. offic. c. 10. Eccl. 3. 7.

Id. ferm. 2.

1. Cor. 3. 2.

Eccl. 3. 7.

Greg. c. 29.

Ep. 24. lib.

## A N T I D O T A

## Pro Religiosorum silentio.

**I**ANTIDOTVM. Considera quid Spiritus sanctus in diuinis literis de silentio patefecerit. Apud Isaiam. *In silentio, ait, & in spe erit fortitudo vestra.* Et. *Erit opus iustitiæ pax & cultus iustitiæ silentium.* Et apud Ieremiam. *Bonum est cum silentio prestolari salutare Dei. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sedebit solitarius & tacebit quia leuauit super se. Pones in puluere os suum. Quibus verbis ad viuū describi videtur religiosæ vitæ cultor, solitudinis amans, vt notauit Hieronymus ep. ad Eustochium. Apud Salomonem verò non si mel laudem sapientiæ attribuit silentio. Qui moderatur labia sua, inquit, prudentissimus est. Et. Si tuleris, si tacueris, sapiens reputabitur. Et.*

Isa. 39. 15.

Isa. 31. 17.

Thren. 3. 26.

Prou. 10. 19.

Prou. 17. 28.

M m Homo



- Eccli. 20. 7.*  
*Iob 13. 5.*  
Homo Sapiens tacebit vsque ad tempus. Nec fecus apud Iob dicentem. *Vinum taceretis, vt putaremini Sapientes.*
- Basil.*  
II. ANTI DOTVM. Considera, quibus verbis laudarint silentium SS. Patres. S. BASILIVS de vera Virginitate. *Natura loquendi audiendi que modum ad proportionis regulam metiens duas aures, linguam vnā nobis affixit: quasi & duplum disciplina causa audire debeamus, & ad ea qua rogamur si qui altera proportionē contractum referre sermonem. Castigata itaque locutione prudens virgo vertitur: cumque tempestiuē queptam oportuerit alloqui, multo auādet plura, quam dicit: omni que sermo eius cum procedet ex labiis solam vtilitatem aūdientium ferit: aut si interrogandum fuerit instruendū animi gratia sobriē ex ore ac vēcundē prodibit.*
- Naz.*  
NAZIANZENSIS de moderatione in disputatione seruanda. *Loquere sanē, inquit, si quid silentio melius, & excellentius habes: at vbi silere prestat, quam loqui, silentio acquiesce. Nosti enim laudatū illud, ordinem labiis constitutere, at que alia dicere, alia audire. Et paulo post. Nescitis, quantum Dei donum sit silentium, quamque benignē cum eo agatur, qui loquendi necessitate constitutus non est, vt arbitrato suo alterum eligere, alterum fugere queat, at que sibi & sermonis & silentij primus condus sit.*
- Amb. in exhort.*  
AMB. ad Virgines. *Graviores sunt verbera cum ex multiloquio peccatum incurrimus. Et ideo custodi virgo vias tuas, vt non delinquas in lingua tua. Et bona loqui plerunq; crimen est virginitatis. Sed quid miraris de Virgine, cum mulier in silentio subeatur discere? Bonus est pudor, quem commendant silentia. Susanna periclitabatur, & tacebat, vt melius tacito pudore loqueretur, &c. Quid de feminis dicimus?*
- 2. Tim. 2. 11.*  
*Dan. 13. 15.*  
*Gen. 39.*  
*Dan. 14.*  
*Aug. in Psal. 38.*  
IOSEPH tacuit accusatus, vt melius eum innocentia, quam lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus sapientior, & ora clausit leonum. AVG. Plerunq; in perturbacione rerum, dum ipsa infirmitas anima quam aggrauat corpus quod corum piatur, & audire vult & dicere, audire intus, dicere foras: aliquando perturbata studio dicendi deficit in diligentia agnoscendi, & in his dicit aliqui quod forte non esset dicendum. Contra hac, remedium optimum est silentium. IO. CLIMACVS agens de loquacitate. Taciturnitas in cogitatione mater est orationis, captiuitatis reuocatio, ignis diuini amoris observatio, cogitationum diligens inspectio, specula hostium, carcer lucis, lacrymarū amica, memoria mortis operatrix, suppliciorū pictor, iudicij indagatrix, sagax meritorū subministratrix, inimica fiducia, quietis coniunx, ambiciosa doctrina aduersatrix, scientie adiectio, speculationis opifex, secretus in Deum profectus, occultus ascensus. BER. in epistola ad Ogeriū. Silentium, dicente Isaiā, cultus iustitiæ est. & bonum est expectare, vt docet Ieremias, saluare Dei cum silentio. Ad hunc ego iustitiæ cultum, ad hanc omnium virtutum matrem, nutricem, custodem, te inuito & prouoco.
- Sap. 9. 15.*  
*Climac. gradu. 11.*  
*Bern. ep. 89.*  
*Isa. 52. 17.*  
*Thren. 3. 26.*  
III. REMED. Considera, si religiosam vitam profiteris, hoc exposcere à te ipsum religiosi nomen, quod à religando originem traxit teste B. AVG. in libro de vera religione, vt illud in primis membrum religare studeas, quod religatione maximè opus habet, hoc est, linguam. Vnde Sapiens monet. *Verbis tuis facito statera, & frenos oris tui rector, & religiosissimus*
- Aug. c. 65. & 71.*  
*Retra. c. 13.*  
*Eccli. 28. 29.*



fitus David orat. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantia labiis meis.* Beatus verò Iacobus peremptoriã fert sententiam. *Si quis autem putat se religiosum esse non refranans linguam suam, sed seducens cor suum, huius yana est religio.* Licet. n. hæc verba ad oēs Christianos, qui Deo religati sunt per p̄cepta, referri possint, *αυτομασμωνος* tamẽ videtur Apostolus ea retulisse ad illos, q̄ exẽplo Apostolorũ p̄fectiorẽ vitã p̄fitebantur, sc̄q̄ Deo p̄ p̄cepta & vota Euãgelica religabãt. quia numero singulari inq̄t. *Si q̄ autẽ. 2.* quia greci codices habẽt. *Si quis inter vos. 3.* quia B. Iac. mox subiicit. *Religio munda, & immaculata apud Deũ & Patrẽ hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorũ, & immaculatũ se custodire ab hoc sæculo.* Qui autem p̄priẽ possunt se ab opibus, honorib. & voluptatibus huius sæculi custodire immaculatos, & munda instituire vitam, nisi religiosã vitã professores, qui sæculo renunciarunt & castitatẽ animi & corporis perpetuã Deo vouerunt? **4.** quia Io. CASSIANVS in Collationibus ita alloquitur monachos suos. *Observate imprimis & maxime tu Ioannes, cui ætas adhuc adolescentiã suffragatur, ne studium lectionis ac desiderii tui labor yana elatione cassetur, vt indicas summum ori tuo silentiũ hic n. est primus disciplina actualis ingressus. Ois quippe labor hominis in ore insus, & vniuersarum seniorum insinuta atq̄ sententias intento corde & quasi muto ore suscipias ac diligenter in pectore tuo condens, ad perficienda ea potius, quam ad docenda festines,*

Psal. 140. 3.  
Iac. 1. 39.

Cass. coll. 14. c. 9

**IV. R E M E D.** Considera exempla eorum, qui silentium arctissime in religiosa vita eremitica vel cœnobitica coluerunt. In Vitis Patrum habes discipulum S. Antonii Paulum simplicem ob linguã lapsum, quia quæsierat, num Christus ante prophetas vixisset, in triennium nihil locutum. Et Agathonẽ Abbatẽ, lapillo ori indito, tacere didicisse, idq̄ ad annos tres obseruasse. **P A M B O** Abbas, vt est in historia Tripartita, cum etiam ipse discere prius quã loqui proposuisset, ad illũ, qui 38. Psalmum sibi legere ceperat. Dixi, custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Sat est, inquit, reliqua audiã, cum istud opere impleuero. Multo deinde tempore post reuersus, cum interrogaretur, cur tantum ad Magistrum redire distulisset, nondum se illud quod didicerat perfecisse, dixit. Apostolicum esse p̄ceptum. Estote factores verbi, & non auditores tantum. Idem Theophilo Episcopo se aliquando ad eũ, & aliquo sermone ab ipso spiritualiter refici petenti respondit. Si taciturnitate sua non reficiebatur, nec sermonibus eum refici possẽ. Hinc quidem die vitã suã iam supremo audacter affirmauit, ex quo eremũ incolere cepisset, nullam se vnquam protulisse verbum, quo probatum nollet. **A M M O N A,** teste Palladio in historia Lausiaca, pater ter mille monachorum, quos vocabat Tabennesiotas tantum cum illis exercuit silentium, vt viderentur esse in solitudine, vnoquoq̄ occultẽ peragente suam vitã institutum. **T H E O N A** quoq̄ Abbas, teste eodem, vir sanctus in domuncula inclusus

Trip. lib. 8. c. 1.

Iac. 1. 22.

Pall. c. 48.

c. 50.





Greg. de 40. si-  
lentio.

tempore 30. annorum silentium exercuit. Vultum habebat Angeli, & cum plurimis virtutes ageret habebatur Propheta. **GRÆG.** Nazianzenus toto aliquando Quadragesime tempore silentium sibi indixit, in solitudine digressus. *Cuius facti mei, inquit, si causam quæris, idcirco à sermone profusus abstinui, ut sermonibus meis moderari discam. Etenim ut res similitudine illustrari fiat, is qui in ingentem hominum numerum furibundam hastam vibravit, item haud dubie paucos quoque facile prostrigabit: & qui ex longo intervallo sagittam mittens, scopum tamen attigerit, ille utique propius collimans à scopo haud quaquam aberrabit. ac denique is, qui amplissima maria navi transmiserit, idem quoque vicina littora legere minime dubitabit.* **S. ARSENIUS** quondam filiorum Theodosii Cæsaris institutor, ut habet Methaphrastes in eius vita, cum in eremum secessisset, fratri cupidè eum inuisenti, post salutationem peractam, nihil locutus est, cum tamen diu sermonè exhortatorium vna cum socio ab eo expectasset. Sæpe secum ipse loquebatur in hunc modum. *Arseni cur egressus es?*

Apud Sur. 19.  
Iul.

*hoc est, quis tibi scopus fuit, ut mundo renunciare? Illud verò frequentius. Locutum fuisse sæpe penituit, tacuisse nunquam.* **S. IOANNES** Silentarius ex Episcopo solitarius teste Cyrillo monacho eius Synchrono. totos 47. annos, usque ad annum ætatis 104. siluit. Severus **SULPITIUS**, auctore **B. HIER.** in Catalogo illustrium virorum, à Pelagianis deceptus agnoscens loquacitatis culpam silentium usque ad mortem tenuit, ut peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret. **S. ROMVALDVS** anachoreta, teste Petro Damiani Cardinale, cum montem Sytriz solitarius incoleret, septenni silentio in summa vitæ austeritate traducto, spiritalem Psalmorum intelligentiam promeruit. **B. THOMAS** Aquinas in adolescentia tantus silentii cultor fuit, ut apud condiscipulos bouis muti nomen obtinuerit. Albertus verò Magnus cum disputatione oculis quibusdam eximium eius explorasset ingenium, deprehenderetque quorsum tenderet istud silentium; Bos, inquit ille talem aliquando edet mugitum, ut sonum eius totus orbis exaudiat. **THOMAS** Cantipratensis eius æqualis in libro secundo de Apibus in Affigenio **S. Benedicti** in Brabantia monasterio scribit fuisse monachum ita silentio deditum, ut intra annos 16. ne verbum quidem elocutus sit. Orto autem grauissimo incendio, quod humano præsidio extinguere non poterat, illum cella egressum, & fusa in silentio ad Deum oratione, linguam diu mutam laxasse & dixisse. Stes ignis hac hora, flamma penitus conquiescas; ac ilico ignem totum extinctum.

Apud Sur. 13.  
Maii.

Sulpit.

In eius vita.

Sur in eius vita  
7. Mart.

Cantip. c. 13.  
Radulphus ra-  
cens dictus est.

**V. R M E D.** Considera, quæ monita dederint **SS. Patres**, cum sacris Virginibus, tum omnibus religiosis de ratione silendi & loquendi. Inter quos iure eminent **S. BASILIUS** ipse religiosorum peritissimus magister & dux. In constitutionibus quidem monasticis ita scribit. *Virtutes, quæ quotidianos quasi in consuetudine mores commendant, & in facili admodum cognitione ver-*

Bas. c. 12. & 13.

sancti



santur, veluti maturitas temporis ad loquendum, & verborum habita utilitatis ratione prolatio. Verborum autem ea opinor utilitas fuerit, si aut de virtute in loco differatur, aut si ad alicuius rei que facienda instet vsu sermo accōmodetur, aut deniq; ad audientium edificationem referatur. Vitanda autem omnes omnino in sermone facetiæ, & scurrilis dicacitas sunt. Siquidem fieri plerumq; solet, vt qui sese in talibus occupant, rectam rationem deserant. nam facile animi ad ridicula diffunduntur, & grauitatis nerui eliduntur, quin etiam ad verborum turpitudinē sermo dilabitur. Ceterum, si ad tollendum mororem hilariore opus sit sermone, tum spiritali lepore & Euangelico simul sale condiri debet oratio, vt & relaxatione animi & intelligentia festiuitate deleat. Et in libro de vera Virginitate, cum instruit virginēs sacras virginitatem prof. illa, inquit, tantum loqui Virginem decet, qua audientium animos iurare possint, & per sermonis puri veritatem atq; rectitudinem ad intelligentiam diuinarum rerum vbertim instruere: fluentium quippe sermonis, quod ministerio linguæ ad exteriora deducitur, fontis, ex quo manat, index ac testis est. Ex corde enim exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, & cetera, ex quibus fructibus arbor cognoscitur. Et paulo post. Talem itaq; se exhibeat virgo cum loquitur, si quando tamen loqui opus erit. Sedulo enim obseruandum est, cui, quomodo, & quando, eam loqui deceat. Et rursum. De quib; molestiam non pateris, noli contendere acriter, nec te consuefcas consuetudine pessima, quia mos longo vsu firmatus non paruo labore vitatur. Noli dissolutis labiis risum proferre: amentia namq; est cum strepitu ridere, sed subridendo tantum mentis lætitiā indicā: nec in modum paruuli iocari velis assidue, quia non conuenit ei qui ad perfectionem nititur. Iocus remissam efficit animam, & erga Dei præcepta negligentem. Et in sermone de institutionib; monachorū. Sermo futillis & quæ familiaribus congressionibus mentis inportuna nasci solet distractio, prorsus exterminantur, at si quid ad animarum edificationem vile sit, de hoc tantum sermo habeatur. Quin in his q; vtilia sunt, ordinis, modestiæq; & temporis ad loquendum idonei habenda est ratio, & quæ dicenda sunt, ab iis dici debent, quibus permiffum sit loqui. Quod si inferior sit, expectet donec à superiore ad loquendum mittetur. Susurrations vero & in aurem locutiones, & quæ per nutus fieri solent significationes, hæc à fratrum conuentu longissime submouentur. Nam quæ nutu fit significatio, eandem est malitiosum aliquem dolum in re latere. Ex quibus rebus odia suspicionesq; nascuntur. Quoties verò colloquendum est, modum necessitas deinet, vt scilicet cum eo qui propinquior est, pressius agatur: qui autem remotior est, altiore voce appelletur. S. AMBROSIVS

Amb. c. 12

M m 3 locum:



- locum: ita etiam in sermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odium, aut cupiditatis nostræ, aut ignauia aliqua exprimam<sup>9</sup> iudicia. Sit igitur sermo huiusmodi de scripturis maximè. Quid enim magis nos oportet loqui, quam de conuersatione optima, ahortatione obseruationis, disciplinae que custodia? Et paulo post. Licet interdum honesta ioca ac suauia sint, tamen ab Ecclesiastica abhorrent regula; quoniam quæ in scripturis sanctis non reperimus, ea quemadmodum usurpare possumus? Non solum profusus, sed etiam omnes iocos declinandos arbitror: plenum tamen suauitatis & gratiæ sermonem esse non indecorum. **HIERON.** in epistolam ad Ephesios. Inter stultiloquium & scurrilitatem apud Paulum, hoc interest, quod stultiloquium nihil in se sapiens & corde hominis dignum habet. Scurrilitas vero de prudenti mente descendit & consulto appetit quædam, vel urbana verba, vel rustica, vel turpia, vel faceta, quam nos iocularitatem alio verbo possumus appellare: ut risum moueat audientibus, verum & hæc à sanctis uiris penitus propellenda, quibus magis conuenit flere atq; lugere: ut in Hebræico quoq; Euangelio legimus Dominum ad discipulos loquentem. Et nunquam, inquit, latifitis, nisi cum fratrem vestrum uideritis in caritate. **GREG.** in Moralibus Sancti uiri cum aliquid dicunt prudenter, non quarunt gloriam suam, sed auditorum uitam, cum uero conspiciunt, quia auditorum uitam loquendo lucrari non possunt, tacendo abscondunt scientiam suam. Admirandum quippe uitam Domini, quasi ad quoddam nobis propositum signum currimus. Ipse enim, quia Herodem uidit non profectum querere: sed signa, uel scientiam uel mirari, requisitus ab eo tacuit, & quia constanter tacuit, ab eo risus exiit. Scriptum namq; est. Herodes autem uiso Iesu gauisus est ualde: erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eo quod audiret multa de illo & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. ubi subditur. Interrogabat autem illum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Tacuit uero Dominus quàm sit despectus ostenditur, cum illic protinus subinfertur. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusi. Quod uidelicet factum oportet nos audientes discere, ut quoties auditores nostri nostra uolunt quasi laudanda cognoscere, non autem sua peruersa mutare, omnino taceamus, ne si ostentationis studio uerbum Dei loquimur, & illorum culpa quæ erat, esse non desinat: & nostra, quæ non erat, fiat. Et in Pastoralibus. Lingua discretè frenanda est, non insolubiliter obliganda. Scriptum namq; est: Sapiens tacebit usq; ad tempus, ut nimirum, cum oportuim considerat proposita censura silētii, loquendo quæ congruunt, in usum se utilitatis impendat. Et rursum quoq; scriptum est: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Discretè quippe uicissitudinum pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per uerba inutiliter defluat, aut cum loqui utiliter potest, se metipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerans dicit. Pone Domine custodiã ori meo, & ostium circumstantiã labiis meis. Non enim poni ori suo parietem, sed ostium petit, quod uidelicet aperitur, & clauditur. Unde & nobis cautè discendū est, quatenus os discretè & congruo tempore uox aperiat, & rursum congruo tacti ueritas claudat. **S. BERN.** de consideratione. Praferendus ille & magnus est, cui in serpe spera saltem risus indecentior, aut sermo insolentior,

Cap. 23.

Hier. l. 3. c. 5.

Greg. l. 22. c. 16.

Luc. 23. 2.

Id. p. 3. admon.

Eccl. 10. 7.

Eccl. 3. 7.

Psal. 140. 3.

Bern. lib. 2. in fin.



aut immoderatio cura vestis vel corporis non irrepit. Et si rectè sapiens hortatur sapi-  
 entiam scribi in otio, cauendum est in otio otium est. Fugienda proinde otiositas, ma-  
 ter nugarum, non uera uirtutum. Inter seculares nugæ nugæ sunt, in ore sacerdotis blas-  
 phemia. Interdum tamen, si incidant, ferendæ fortassis, referendæ nunquam, magis  
 interueniendum cautè & prouidenter nugacitati. Prorumpendum sanè in serium quid  
 quod non modo uisiter, sed libenter audiant et super sedent otiosis. Consecrasti os tu-  
 um Euangelio: talibus iam aperire illicitum: assuescere sacrilegum est. Labia Sacer-  
 dotis, ac custodiunt scientiam, et legem requirunt de ore eius, non nugæ profecto vel  
 fabulas. Hæc ille. Quæ si rectè dicuntur in sacerdotes & Pontifices, quanto  
 magis in monachos & religiosos?

Malac. 2. 7.

VIDE. V. Adulatio Blasphemia. Colloquia otiosa. Curiositas. Detraçtio.  
 Discordia Ebrietas. Familiaritas nimia. Hypocrisis. Immodestia. Impa-  
 tientiã in aduersis Immoderatio passionum. Indiscretio. Ira. Inuidia. In-  
 ramentum Luxuria. Maledictio. Mendacium. Murmuratio. Otium.

LVDVS ALEÆ.

Remedia contra ludum aleæ, & similes.

I. REMED. Considera, quibus diuinæ scripturæ monitis aduersetur  
 Ludorum uetitorum uanitas. Ac prius quidem iis, quibus lusus  
 impiis, abstinentia uero à lusu pijs attribuitur. Ut in Exodo. *Sedis*, inquit  
 Moyses, *populus manducare et bibere, et surrexerunt ludere*, Et apud Iob. *Tenent*  
*tympanum et cytharam, et gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, et*  
*in puncto ad inferna descendunt.* Pius uero Tobias senior sic de se loquitur.  
*Nunquam cum ludentibus miseri me, neque cum his, qui in leuitate ambulant, partici-*  
*pem me præbui.* Et S. Ieremias *Non sedi in consilio ludentium, et gloriatus sum à fa-*  
*cie manus tuæ.* Vnde propheta Dauid. *Beatus uir, qui non abiit in consilio impio-*  
*rum, et in uia peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentie non sedis.* Quo testi-  
 monio theatra spectacula cõfixit Tertullianus. 2. Ludorù uanitas repu-  
 gnat iis scripturis, quibus risus, immodicæq; lætitiæ damnatur, commen-  
 datur uero tristitia & luctus. Ecclesiastes ait. *Risum reputaui errorem, et gau-*  
*dio dixi, quid frustra deciperis?* Et Saluator apud Lucam. *Ua uobis qui ridetis*  
*nunc, quia lugebitis et flebitis.* Et Matthæum. *Beati qui lugent quoniam ipsi conso-*  
*labuntur.* Et Ioannem. *Amen amen dico uobis, quia plorabitis et flebitis uos, mundus*  
*autem gaudebit: sed tristitia uestra uertetur in gaudium.*

Exod. 32. 6.

1. Cor. 10. 9.

Iob 21. 12.

Tob. 3. 17.

Ier. 15. 17.

Tert. l. despe-

rac.

Eccle. 2. 2.

Luc. 8. 25.

Matth. 5. 5.

Ioan. 16. 20.

Cypr. de aleato-

ribus.

II. REMED. Considera S. Patrum sententias. S. CYPRIANVS tracta-  
 tum integrum scripsit in aleatores, in quo hæc eius dicta. *Multa sunt tenta-*  
*ones diaboli, quorum primordia sunt idololatria, mæchia, furta, rapina, auaritia, &c.*  
*quæ sunt similia, quæ his congruunt, ex quibus est alea tabula. Præsto est diaboli la-*  
*queus manifestus, uenenum portans letale serpentis, et indulto corrumpens, quæ cum*  
*uideatur nihil esse magna amplexu operitur delecto. Et iterum. Alea ne luseris,*  
*ubi lusus nocuus est, et crimen mortale, ubi dementia sine consideratione, ubi nulla*



Bas. hom. 8.

Ephr. tom. 1.

c. Episcopus  
dist. 35.Inft. nouell.  
187.

Hof. f. clericus.

veritas, sed mendaciorum manda. Abscinde inde manum tuam, & auerte inde cor tuum, extrahere caliginem inimici ab oculis tuis, & purifica manum tuam à sacrificio Zabuli: abige abs te furaces mores, puras manus ad Christum extende, vt promereri Dominum possis. Aleam noli respicere. Amen. S. BASILIVS in Hexameron. Si viderim sero & consilium hoc dissoluerò, sunt qui protinus ad tesseras aleas se conferunt. Iuramenta sunt illic, contentionesq; pergraves, ac auaritia parus: Spiritus malignus assistit, furorem punctis, ossibus illis ludentiū, insaniam que accendens. Easdem ille pecunias nunc ad hunc, nunc ad alterum transferi, at que modo hunc victoria effert, illum vitium maestitia premit: modo contra, illum elatum, hunc demissum ostendit. S. EPHRAEM de abrenunciatione in baptismo facta. Abrenunciatio, quam in baptismo facimus, nominata quidem apparet parua: ceterum intellecta, admodum magna. Quam qui seruare valuerit, beatissimus erit. Paucis nam que verbis cuncta, que nominantur uerba, queq; odit Deus, valere iubemus & abrenunciamus. puta. Abrenuncio Satana & cunctis operibus eius. Quibus, inquam, operibus? audi. Fornicationi, adulterio, inuidia, mendacio & c. abrenuncio alearū otio. & tabularum lusum, sicut etiam sancti apostoli hisce operam dantes atq; vacantes, excommunicatos esse ordinarunt suis canonibus, si lasci fuerunt. At si clerici, vt deponantur. Et infra. Vt alearū lusoribus, quandoquidē se à corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi alienos reddunt, sicut Spiritus sanctus per sanctos admonuit Apostolos. Vbi nota inter 85. Apostolorū canones, quos VI. Synodus in can. 2. recepit atq; pbauit Canonē 42. esse hunc. Episcopus aut presbyter, aut Diaconus alea atq; ebrietati deseruiens, aut desinat, aut cōmunione priuetur. 43. verò est. Subdiaconus, aut Lector, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut certe cōmunione priuetur: similiter etiā laicus. Hos recitat Gratianus in Decretis. Idem repetitum est in Synodo VI. Constantinop. can. 50. his verbis. Nullum omnino siue clericum, siue laicum ab hoc deinceps tempore alea ludere: qui deus fecerit excommunicetur. Nec Cæsarea lex IVSTINIANI Imperatoris ab his canonibus dissentit, nam inconstituit. Nouella prohibet Episcopis, presbyteris, Diaconibus, Lectoribus, & aliis Ecclesiasticis personis, ne ad tabulas ludant, aut ludendo ludentibus se associant, aut spectatores sint, aut ad quodcunque spectaculum, seu theatrum spectandi gratia veniant.

III. REMED. Considera quam perniciosus sit alearum vel taxillorum lus. HOSTIENSIS Cardinalis in sua summa, tit. de excessibus Prælatorum, notauit 16. vitia illo produci, his versibus comprehensa.

Hæc cum taxillis ludendo crimina sumit,  
Ecclesia spretus, vsuraq; siue rapina,  
Scandala, vel nugæ, blasphemia, seu faciendâ  
Furti doctrina, violentia, crimina falsi,  
Et mortis causa, deceptio, perditioque  
Temporis, & desolentium, corruptio, iungens  
Isti prædictis adulatio, vitæque turpis.



S. ANTONIVS autem Archiepiscopus Florentinus in altera summa Theologicæ parte tot crimina ex ludo nasci arbitratur, & probat, quot sunt in taxillis puncta. Prisci certè Patres fusè ea descripserunt. vt B. CYPR.

Ant. tit. l. c. 23.  
§. 6.

Cypr. de aleæ.

Aleæ, inquit, tabula est diaboli venabulum, & delicti vulnus insanabile. Aleæ tabulam dico, vbi diabolus præsto est, ad capiendū summissus, & cum cæperit de captiuo triumphum, perfidia, falsa testimonia. Tabulam aleæ dico: vbi dementia & furia, & venale peritium, imperium & colloquium serpentinum. Illic rabiosa amicitia, illic atrocissimi sceleris fraternitas discordans, illic conuitia & audacia sæua, & mens insana, & fera impatiencia. Aleæ tabulam dico, vbi possessiōnū amissio & pecuniarum ingentium perditio, monstrum, & demonstrans litigiosum, furax dementia. O aleatorum noxia sedentaria & pigra nequitia. ð manus crudeles, & ad periculum sui armae, quæ bona paterna, & opes auctorum sudore quasitas, ignominioso studio dilapidant: manus erux, noxia & insonnis, noctè dieque continuè instrumentorum suorum armigera, quæ peccando se ipsam damnauit, & post peccata non desinit ire. Et paulo post. Est & quando isti aleatores cum prostratis mulieribus penes auctorem suum nocturnas vigilias clausis foribus celebrant: armantur aduersum se miseri, Spiritus diaboli repleti, & illic duplex aut geminum crimen admittunt. Hic conrepat aleæ sonus, illic silentio operatur incestus: hic sine vlla dignitatis suæ respectu, sine vlla excusatione, pestifero studio cedere bonis suis cogitur; illic secreto mortale venenum bibitur. S. AMB. in libro de Tobia agens contra fœneratores. Observant, inquit, isti aleatorum conuenticula, & perdentis ætatem suam commoditatem suam iudicant, spondent pro singulis. Varios primo fors ludit euentus, ad diuersos sæpè transfertur victoria, stipendiaque eius vicissim, atque ærumna mutantur, Omnes vincuntur & vincunt, fœnerator solus acquirit. Penes alios inane manet nomen, quod vicerint, penes fœneratorem solum fructus est, non annuus, sed momentarius. Illi solum lucrum faciunt in omniam detrimento, illis solis est & furæ victoria. Videas reliquos subito egentes, repente diuites, deinde nudos, singulis iactibus statum mutant. Versatur enim eorum vita, vt ressera. Voluitur census in tabula, sic ludus de periculo, & de ludo periculum: quot profectiones, tot proserpciones. Clamor plaudentium, fletus despoliatorū, gemitus deplorantium. Sed & hoc creditor vt tyrannus damnat vnum quemq; sorte capitali, agit at hastas, feralem instituit de singulorum exiuitis auctorem. Alios proserptioni addicit, alios seruituti, non tanti occisi sub tyrannis sunt. Vita igitur hanc aleam rectius dixerim, quam pecunia: sub momento fertur, quod valeat in æternum. Ebrietas iudicat. Et nullus appellat. Habes & aleæ suas leges quas fors iura non soluant. Notatur, si credi potest, infamia, qui putauerit renitendum. & infamium sententia grauius, quam censura iudicialis inuicit opprobrium: quoniam qui apud Iudicem damnantur, apud illos gloriosi sunt: quia apud illos damnantur, apud Iudicem criminosi sunt.

Amb. c. 11.

ad quoniam

IV. REMED. Considera exempla eorum quibus pessimè cessit consuetudo ludendi aleis. Primum narrat B. Ambrosius loco citato. Ferunt, inquit, Hunnorum populos omnibus bellam inferre nationibus, fœnatoribus tamen

Nn esse



Caellib. 5. c. 34.

esse subiectos: & cum sine legibus viuant, aleæ solius legibus obedire, in procinctu la-  
dere tesseræ simul & arma portare, & plures suis, quam hostilibus ictibus interire: in  
victoria sua captiuos fieri, & spolia suorum perpeti, quæ pari ab hoste non nouerint. Ideo  
nunquam belli studia deponere, quod victi aleæ ludo cum totius prædæ minus amiserint,  
ludendi subsidia requirunt bellandi periculo. Frequenter autem tanto ardore rapi,  
cum ea, quæ sola magna æstimant, victus arma tradiderit, ad vnum aleæ iactum vitam  
suam potestati vel victoris vel feneratoris addicat. Denique constitit, quod quidam eor-  
um & Imperatori Romano cognitus in fide pretium seruitutis, quam sibi tali sorte  
superatus intulerat, supplicii imperatae mortis exoluerit. **ALTEVM** narrat **Cæ-**  
**sarius** in libro Exemplorum sui seculi. **IN** Susato, quæ ciuitas est Coloniae  
diæcesis, miles quidam **Thyemo** nomine habitabat, qui sic totus deditus erat ludo tessera-  
rum, ut non die, non nocte quiesceret: semper sacculum cum nummis secum portabat,  
ut secum ludere volentibus obuiaret. Ita in ludis expeditus & fortunatus erat, ut  
aliquis ab illo sine damno recederet. Ut autem posteris ostenderetur, quantum **Dio** talis  
ludi in quibus ira, inuidia, rixæ, & damna suscitantur, & peccati verba rotantur, con-  
trarii forent, permissum est diabolo, ut cum eo luderet, qui multos illuserat atque euic-  
rarat, qui multorum in marsupia euacuarat. Nocte ergo quadam domum eius in specie bo-  
minis cuiusdam ludere volentis intrans, sacculumque nummis refertum, sub ascella por-  
tans ad tabulam sedit, denarios liberaliter apposuit, tesseræ iactauit & multa acqui-  
sit. Cui cum prospere succederet, & militi iam pecunia, quam apponeret, defuisset, cre-  
ditus ait. Nunquid non diabolus tu es? Et ille. Nunc satis est, appropinquat enim tempus  
matutinale: oportet nos ire: tollensque illum per lectum traxit, cuius viscera tegulis ut  
trahentibus miserabiliter excussit, & quid de eius corpore factum sit, vel quem in lo-  
cum illud proiecerit, usque hodie tam à filio eius, quam à cæteris, qui illum noverant,  
ignoratur. Mane verò viscerum eius reliquæ tegulis inhaerentes reperte sunt, &  
in camiterio sepulta. **TERTIVM** commemorat his verbis, **THO-**  
**MAS** Cantipratensis in Apiario suo. Fui in quadam villa Campania, ubi  
Iudæus cum Christiano sacra nocte Parasceses in tesserarum ludo confedit. Cum quæ  
Iudæus multam pecuniam perderet & ex hoc impatientius turbaretur, tandem in  
**CHRISTVM** retorquens iniuriam, blasphemauit. Et mox cum ad iactandum lu-  
sardum tesseræ collegisset, manus eius cum tesserae sit contracta. Qui reprobo furore  
succensus, eum ipsa manu contracta mensam lusoriam percutere niteretur, iterato in  
**CHRISTVM** & matrem eius blasphemiam turpissimam euomens, statim ener-  
gis terribiliter oculis cecidit & expirauit. Christianus verò collusor illius pauore nimio  
in amentiam versus, elanguit, & vitam miseram dira morte finiuit. **QUARTVM**  
est eiusdem. Frater quidam, inquit, ordinis Prædicatorum, bonus & veridicus  
narravit mihi, quod quidam ludo tesserarum nudatus adeo desperatus est, ut arrepto ar-  
eu sagittâ sursum in aërem iaceret, quasi ipsum cæli Dominum percussurus: & mox sa-  
gitta reuersa ante faciem iacentis, sanguine recenti totaliter infecta reperta est. Qui mox  
in maximas lachrymas resolutus fratrem, qui mihi hæc narrauit, ad duo millia qua-  
si

Cantip. lib. 2. c.  
48.



fitam, inuenit, & confessus vitam suam cum mira penitentiâ ac deuotione corripuit.  
**QVINTVM** est **THEODORI GRESMVNDI** Iureconsulti, apud **Bred. lib. 3. coli**  
**Tilm. Bredenbachium.** Anno, inquit, **M. CCC. LXXXIII.** fuit ho- **c. 18.**  
 mo quidam nomine **Schelkropff** ex infima plebe, qui in lustris & tabernis agebat ludii  
 appetentissimus. Hic cum aliquando in publico diuersorio suburbii **Moguntini**, **Filz-**  
**bach** appellati, taxillorum lus pecuniam ferè omnem perdidisset, cepit tandem, ut so-  
 lebat, grauiter stomachari, & post conuicta in collusores iacta, Deum & sanctos blas-  
 phemare. A sociis autem nihil placatiore animo digressus, cum peruenisset ad sa-  
 cellum inter **D. Albani** & **D. Maria** in campis **adem** (nunc **S. Crucis** dictam)  
**CHRISTI** è cruce pendentis ligneam statuam atrociter vulnerauit, & unico ictu  
 ceruicem crucifixi dissecuit. Mox & diua **Virginis**, aliorum que sanctorum signis  
 cruci astantibus eas in punctum pleraque vulnera infixit. Ac illico multus cruor  
 effluxit, haud secus quam si uiuè homines eam iniuriam perpeffi forent. **Schelkropff**  
 verò expleta impietate sua sine nutu **DEI** affixus, sine ipso crucis miraculo exterritus,  
 inde pedem non mouit, donec à superuenientibus in flagranti crimine deprehensus, & in  
 urbem **Moguntinam** deductus, riuus in conspectu populi non longè ab urbe in loco,  
 quem **Iudeorum** arenam uocant, excusus est. Imagines deinde vulneribus & cruore  
 insignes in **D. Virginis**, vel **S. Crucis** templum sacerdotum manibus translatae fue-  
 runt, ubi in hodiernum usque diem ille cruor uisitur, & admodum religiosè co-  
 litur, multi que mortales variè afflictis susceptis uotis **DEI** Opt. Max. clementiam  
 & salutem expersi sunt. Exstat hæc historia eleganti carmine ab eodem  
**THEODORICO** descripta, & ante centum annos in tabula eiusdem sacrae  
 ædis appensa. Cui aliam non absimilem habes apud **Bredenbach. cap.**  
**13.** eiusdem libri 7. Collat.

**V. REMEDIUM.** Considera dicta factaque Gentilium. **ARISTO.** **Arist. 4.**  
**TELES** in Ethicis ad **Nicomachum** scribit aleatores, fures & latrones **Eth. c. 1.**  
 esse illiberales, eo quod in turpi lucro versentur, & quæstus causa omnia  
 etiam probra sustineant. **PLATO** annotauit alicubi aleam & reliquas per- **Plato in Phæ-**  
 nitiosas artes à dæmone, quem appellat **Theut.** inuentas esse, & ad **Tha-**  
**nam** **Ægypti** regem delatas. **HORATIUS** libro primo odarum affue- **Hor. od. 25.**  
 rat uetum legibus, aleæ usum. **OCTAVIUS** **Cæsar** in iuuentute ex alea lu- **Suet. c. 71. in**  
 suignominiam contraxit, teste **Suetonio**, de quo & uulgatum distichon. **Octau.**

Postquam bis classe uictus naues perdidit,

Aliquando ut uincat, ludat assidue alea.

Emendauit autem uicium senex. Eo enim tempore lusit quidem talis &  
 alea, sed tantum oblectamenti causa inter coenam. **γέγο** **Ιωάν.** Notatus ab  
 eodem est Imperator **Caligula**, quod non contempserit quæstum etiam **Suet. c. 41. in**  
 ex usu aleæ factum. **VLPIANVS** ex **Plætoris** edicto in eum animaduerti **Calig.**

Nn 2 vul,



L. 1. de alcar.  
tit. 5.  
Ibid.

Iustin. l. fin. de  
relig. & sumpt.  
funeb. lib. 1. C.  
Cuspin. c. de  
mor. Tur.

Arist. c. 8.  
Tho. 2. 2. q. 168.  
a. 2.

C. Trid. sess. 11.  
c. 1.  
Nau. c. 19. n. 9.  
Mol. disp. 522.

3. 2.

vult, qui compulit alea ludere, vt aut mulctetur, aut in latumias vel vincula publica ducatur. Vnde denegatur actio pro subtracto in domo ludentium: nec, si quis verberauerit eum, qui ad ludendum habitationem præbuit, iniuriarum nomine tenetur. IUSTINIANI quoque exstat constitutio, qua statuit nulli licere in publicis vel priuatis domibus vel locis ludere, vel ludentes inspicere. IOAN. Cuspinus in libro de Turcarum institutis, scribit Agarenos seu Turcas quocunque genere ludi deposita pecunia instituti ignominia affici, & deinceps supplicio grauiori.

VI. REMED. Considera diligenter, cum ludus sit res adia phora in se, quando secundum moralis Theologiæ tractatores reddatur licitus vel illicitus. Hi verò decernunt ludum, etiam aleatum & chartarum, si conuenienter rectæ rationi instituat, posse non solum alienum esse à reprehensione, sed etiam virtutis nomen obtinere, quam Aristoteles in 4. Ethicorum ἐὺν ἡγερέλαιον, hoc est, vrbauitatem, S. THOMAS iucunditatem appellet. Rationi autem consentaneum esse, si non vitietur accessione peruersæ circumstantiæ: vitari autem, si in quantitate pecuniæ pro victoris mercede depositæ excedatur. 2. si ludus cum offendiculo circumstantium instituat. 3. si loco vel tempore alieno, vt dum frequentandæ sunt conciones, diuinaque officia. 4. si occasionem præbeat iurgii, periurii, blasphemii, 5. si ludo interueniant fraudes & doli. quoniam enim hæc vitia ludum in primis alearum comitari solent, idcirco legibus tam politicis quàm Ecclesiasticis vitatus videtur. Quod verò ad clericos, religiososque attinet, sub lethali culpa alearum ludus eis est interdictus. Nam cap. inter dilectos. extra. de Excessibus Prælatorum, ob aleæ usum clericus iubetur deponi, quæ pœna non infligitur nisi ob noxam mortalem. Et Concil. quidem Tridentinum, agens de Reformatione, omnes canonicas pœnas & leges innouauit. Idem sentit NAVARRVS cum aliis, quos in Manuali allegat. *Ceterum*, inquit noster LVD. MOLINA tractatu. 2. de Contractibus, cum pœna illa publicis alearibus sint imposita, qui non semel, aut raro ludunt, sed ludo sunt dediti non iudico condemnandos esse culpæ lethalis eos clericos, qui sine alearum scandalo, recreationis gratia chartis ludunt quantitates modicas, qua conditionem ac statum ipsorum, spectatis eorum redditibus ac bonis, non dedecent. *Neg* bos damnare lethalis culpæ videtur NAVARRVS, qui eos solos culpæ lethalis damnat, qui notabilem quantitatē ludunt. *Eiusmodi tamen ludus chartarum et multò magis transferarum indecens valde illis est, atque omnino dissuadendus: præsertim cum multi stricte de hac re loquantur. Et ego loquerer, si Ecclesiasticorum mores non adeò ab antiquo illo statu præmissa Ecclesia deflexissent. Quare et religio si longe magis indecens est, et scandalosus aliis, eo ipso, quod arctiorem vitam profitentur, maior quàm in populo opinio est de ipsorum obseruantia ac sanctitate. Hæc ille.*

VII. REMED. Considera aleæ nomine intelligendos esse ludos omnes



omnes, qui pendent à casu aëncipiti, vt foliorū, tesserarum, talorū, astragalorum, tabularum, & similibus. Eodem quidam referunt ludum scachorum, vel latruncolorum. Nam S. BERNARD. Militum templi Ordinem laudat, quod à lusu scachorum & alearum abhorreant. Sic enim loquitur in sermone exhortatorio ad illos. *Verbum insolens, opus inutile, risus immoderatus, murmur vel tenuis, siue susurrium nequaquā ibi deprehenditur in emendatum. Scachos & aleas detestantur, abhorrent venationem, nec ludicra illa autum rapina, vt assolet delectantur. Mimos & magos, & fabulatores, scurrilesq; cantilenas, aut ludorum spectacula tanquam vanitates & insanias falsas respuunt & abominantur.*

B. PETERVS Damianus Cardinalis verò in epistola ad Alexandrum II. Pontificem Romanum, & Hildebrandum Cardinalem data, contendit aleæ nomine in canonibus Ecclesiasticis comprehendi scachos. Cum enim Episcopum quendam sui itineris comitem deprehendisset in diuersorio scachis ludentem, his verbis eum aggressus est. *Librata manu virga exero, plagas infigere quero: si sit qui terga subiciat. Et ille. inferatur inquit, culpa, non recusat penitentia. Rectene, inquam, tuiq; erat officij vespera in scachorum vanitate colludere, & manum Domini corporis oblatricem, linguam inter DEVM, & populum mediatricem sacrilegi ludibrii contaminatione sadare & praesertim cum canonica decernat auctoritas, vt aleatores Episcopi deponantur. Et quid prodest ei, quem efficitur auctoritas damnat, etiam si iudicium extrinsecus non accedat? Ille autem ex diuinitate nominum defensionis sibi faciens scutum, ait, aliud scachum, aliud aleam esse. Aleas autem auctoritas illa prohibuit, scachos vero tacendo concessit. Ad quod ego. Scachum, inquam, Scriptura non ponit, sed vtriusq; ludi genus aleæ nomine comprehendit. Quapropter dum alea prohibetur, & nominatim de scacho nihil dicitur, constat procul dubio vtrumq; genus vno vocabulo comprehensum, vnius sententiae auctoritate damnatum. Tunc ille vt micis est animi & perspicacis ingenii redditus rationib; humiliter acquieuit, culpam nullatenus iterandam certa pollicitatione constituit, iniungi sibi penitentiam postulauit. Cui mox praecepti vt ter Psalterium meditando percurreret, ac duodecim pauperum pedes suas pedes à culpa contagio manus ablueret & imprimens alienis vestigiis ora pacem sibi cum Domino, quem per stultos iocos offenderat, reformaret. Hoc autē diximus, vt quā inhonestum, quā absurdum, quā deniq; sedū sit hoc in sacerdote ludibrium, ex alterius emendatione noscatur. Ex recentioribus Doctoribus MARTINVS NAVARRVS capite 19. Manualis, scribit ludum*

Bern. c. 4.

Dam. l. i. ep. 10.

Nau. 2. 3.

Na 3 discre.



discrepantes de hoc genere ludi extant sententiæ, in totum propter allegatos Auctores ab eo abstinere.

Cyp. l. cit.

VIII. R. E M E D. est B. C Y P. loco supra citato, quod adscribam eius verbis. *Esse, inquit, potius, non aleator, sed Christianus: pecuniam tuam adfidei Christo, spectantibus angelis, & martyribus presentibus, super mensam Dominicam sparge: patrimonium tuum, quod forsitan seuo studio perditurus eras, pauperibus diuide: diuitias tuas Christo vincenti committe: seruus cum Domino tuo vocare, studio deifico obsequere, artem Domini imitare, quæ non perdit, sed potius acquirit. Disce ab illis tuis furacissimis moribus, cohibe precipitem nequitiam tuam: sit tibi cum pauperibus quotidianus lusus: sit tibi enim viduis frequens operatio: census & apparatus tuos omnes ad studium Ecclesie distrahe: aurum tuum & argentum, & pecunia tuas in thesauris celestibus repone, fundos & villas tuas iusta operatione ad paradysum remoue, vt peccata donentur tibi, eleemosynis & operationibus continuis incumbere.*

IX. R. E M E D. Considera antidota vitiorum in hoc ipso opere tractata, quorum occasione vel ad perniciosos ludos excitamur, vt est, *acedia, auaritia, ebrietas, colloquia otiosa, consuetudo praua, ebrietas, otium, societas praua, voluptas carnalis: Vel in quæ per varios in ludo excessus incidimus, vt est Scandalum, vel exemplum prauum, iuramentum, blasphemia, periurium, fraudes, mendacia, iracundia, discordia, homicidia, adulteria, vindicta iniuria, contumelia, detractio, desperatio, & alia huiusmodi.*

## L V X V R I A.

## Remedia contra Luxuriam.

I. R. E M E D I V M. Considera quid de Luxuria, vel libidine, lasciuia, concupiscentia carnis, (quæ nomina eiuſdem rei sunt) diuinæ litteræ prodiderint. Primo enim prohibent, vt liquet ex sexto Decalogi præcepto fornicationem & adulterium, quæ sunt species luxuriæ, ac sub his nominibus omnem illegitimum concubitum, & impuram quancumque libidinem, eiusque occasiones. Ait enim Sapiens. *Ne se quaris in fornicatione tua concupiscentiam cordis tui. Et Virginem ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. Et Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* Deinde Christus. *Audistis, quia dictum est antiquis Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et Paulus. Carnis curam ne feceritis in desideriis. Et. Fornicatio & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut deceat sanctos, aut turpissimum. Et D. Petrus. Carissimi obsecro vos tanquam aduenas, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam. Et. Efficiamini diuinæ naturæ consortes, fugite*

Exod. 20. 14.

Leuit. 19. 20.

Deut. 5. 17.

Eccli. 5. 2.

Eccli. 9. 5.

Eccli. 18. 30.

Matth. 5. 28.

Rom. 13. 14.

Eph. 5. 3.

1. Pet. 2. 11.

2. Pet. 1. 4.



tes eius, quæ in mundo est concupiscentia corruptionem. 2. produunt luxuriosos exclusos esse regno cælorum. Si secundum carnem vixeritis, ait Apostolus, moriemini. Et Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt. Et Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Et Beatus Iacobus. Concupiscentia cum conceperit parit peccatum: peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem.

Rom. 8.11.  
1. Cor. 6.9.  
Gal. 5.10f

II. REMEDIUM. Considera SS. Patrum testimonia. CYPRIANVS. Pudicitia, inquit, est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fons castitatis, pax domus, concordie caput. Et paulo post. Sed ut matura et in viris probata semper, et à feminis appetenda: sic inimica eius impudicitia semper est detestanda, obscennum ludibrium reddens ministris suis, nec corporibus parens nec animis. Debellatis enim propriis moribus, totum hominem suum sub triumphum libidinis facit: blanda prius, ut plus noceat, cum placet, exhauriens rem cum pudore, hostis continentia, frequenter perueniens ad sanguinem, cupiditatum infesta rabies, incendium conscientia bona, mater impunitiæ, ruina melioris ætatis, contumelia generis, &c. LACTANTIUS in libris institutionum. Mens inquinata contagione impudici corporis non potest, nisi et longo tempore, et multis bonis operibus à collusione, quæ inhaerit purgari. Et rursum. Nec tamen deficiet aliquis, si semel à voluptate victus sit: potest enim reduci, si eum poeniteat actorum. Nihil enim officium peccata vetera correcto, quia superueniens iustitia labem vitæ prioris aboleuit. AMBROSIVS de Cain & Abel. Sauius criminum stimulus libido est, quæ nunquam manere quietum patitur affectum: nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert consilium, amentes inquietat, lapsos inclinat, nullus peccandi modus et inexplebilis sceleris suis nisi morte amantis extinguere potest. Et in Lucam.

Cyp. de bono pudicitiz.

Lact. l. 6. c. 23.

Id. c. 24.

Amb. li. c. 5.

Id. in. c. 4.

Etenim quasi clavis suffragitur anima corporeis voluptatibus, et cum semel adhaerit cupiditatibus demersa terrenis, difficile in altum potest, vnde descendit sine D. i. fauore reuolare. Actuum enim suorum vincula laqueis, et secularium deliciarum illecebris obnoxia iam tenetur. HIERONYMVS aduersus Iouinianum. Amor forma rationis obliuio est, et insania proximus, fœdum minimèque conueniens animo spiritui vitium: turbat consilia, altos et generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit; querulos, tracundos, temerarios, durè imperiosos, seruiliter blandos, omnibus inuitiles, ipsi nouissimè amori facit. Nam cum fruendæ cupiditate insatiabilis flagrat plura tempora suspitionibus, lachrymis, conuersionibus perdit, odium sui facit, et ipsi nouissimè sibi odio est. Et post. Dolebissimè veri vox est, pudicitiam imprimis esse retinendam: qua amissa omnis virtus ruit. In hac muliebrium virtutum principatus est. Hac pauperem commendat, diuitem extollit, deformem redimit, exornat pulchram bene meretur de maioribus, quorum sanguinem furtiua sobole non vitiat, &c. AVGVSTINVS libro 14. de ciuitate Dei. Cum sint multarum libidines rerum,

Hier. lib. 1. sub finem

Aug. c. 16.

tamen.



I. lib. 4. c. 14.

Greg. c. 31.

Hid. l. 1. c. 39.

Hier. ep. 10.

I. Cor. 6. 18.

Id. in ep. 12.

zamen cum libido dicitur, nec cuius rei libido sit, additur, non fere affolet animo occurrere nisi illa qua obscene partes corporis excitantur. Hæc autem sibi non solum totum corpus, nec solum extrinsecus verum etiam intrinsecus vè dicat, totumq; commouet hominem animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto atque permixto. Vt ea voluptas sequatur, qua maior in corporis voluptatibus nulla est, ita vt momento ipso temporis quo ad eius peruenitur extremum, pene omnis acies & quasi vigilans cogitationi obruatur. Et contra Iulianum Pelagianum. Vide quid in Hortensio dialogo Tertullianus pro viuacitate mentis contra voluptatem corporis dicat. An verò, inquit, voluptates corporis expeenda, quæ verè & grauiter à Platone dictæ sunt illecebæ esse, atque esca malorum? Quæ enim confectio est, inquit, valetudinis, quæ deformatio coloris & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur atque eliciatur voluptate cuius motus vt quisque est maximus, ita est inimicissimus Philosophiæ. Congruent enim cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. Quis enim, cum veatur voluptate, ea, qua nulla possit maior esse, attendere animo, intrare rationem, cogitare omnia quicquam potest? Quis autem tantus est gurgis, qui dies & noctes sine vlla minimi temporis intermissione velit ita moueri suos sensus, vt mouentur in summis voluptatibus? Quis autem bona mente præditus, non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? Hæc ille dixit, qui nihil de primorum hominum vita, nihil de paradisi felicitate, nihil de corporum resurrectione crederet. S. GREG. lib. 31. moralium.

De luxuria cecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, precipitatio, amor sui, odium Dei, affectus presentis seculi, horror autem vel desperatio futuri generantur. B. ISIDORVS de summo bono. Principalièr his duobus vitiis diabolus humano generi dominatur: id est, superbia mentis, & luxuria carnis.

III. REMED. Considera, quanta sit in morbo luxuriæ sanando difficultas, vt eo plura & efficaciora antidota conquiras. B. HIER. ad Furiam ira scribit. Omnia alia peccata extrinsecus sunt, & quod foris est facile abicitur. Sola libido insita à Deo ob liberorum procreationem fines suos egreditur, redundat in vitium, & quadam lege natura in scelus erumpit. Grandis virtutis est, & sollicita diligentia superare quod natus sis, in carne, non carnaliter viuere tecum pugnare quotidie & inclusum hostem Argi vt fabula ferunt, centum oculis obseruare. Hoc est quod Apostolus verbis aliis loquebatur. Omne peccatum, quod fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Alibi verò, vt in epistola ad Eustochium, de custodia Virginitatis suo exemplo difficultatem illam exaggerat. O quoties, inquit, ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, qua exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum putabam me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudinè repletus eram. Florrebant facco membra deformia, & squalida cutis sicut Ethiopica carnis obduxerat. Quotidie lacryma, quotidie gemitus: & si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo vix ossa hærentia collidebam. Illeigitur ego, qui ob gehennæ metum talis me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum socius & ferarum sepe choris inter-

eram



gram pællarum. *Pallebant ora ieiunio, & mens desideriis aestuabat in frigido corpore, & ante hominem suum iam carne præmorta, sola libidinum incendia bulliebant, &c.*

Hieronymo consentit **AUGUSTINVS**, dum in libro de honestate mu- Aug. c. 2.

lierum sic loquitur. *Inter omnia certamina Christianorum sola dura sunt prælia castitatis, ubi quotidiana est pugna & rara victoria. Grauem namque sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur & semper imetur. Quam autem ipse suæ con-*

uersionis tempore in hoc vitio difficultatem senserit, ipse tam lamentabiliter in libris Confessionum exponit, ut vel ex horrore capilli erigi pos-

sint lectori, maximè cum libido consuetudine longa iam callum quali Id. lib. 4. confess. c. 12. & seq. & 1. 7.

obduxisset. *Dum seruitur, inquit, libidini facta est consuetudo, & dum consuetudi-*

ni non resistitur, facta est necessitas. **PALLADIVS** quoque in historia Lausiaca Pallad. c. 26.

scribit S. Pachomium optasse ferarum dentibus laniari, eo quod 40. an-

norum solitudine, ieiuniorum, aliarumq; rerum asperitate non potuerit Id. c. 22.

hunc hostem expugnare, licet nunquam hosti succubisset. Deinde &

B. Mosen è latrone eremitam, cuius vita quondam parum continens fue-

rat, nulla ieiunii seueritate potuisse lasciuia carnis domare. imò cum

post sexennium ieiunio vigiliis diuturnas, longas preces, multasque la-

crymas iunxisset, nihil tamen obtinuisse, donec tandem post exantlatos

multos alios labores benedictione Patris sui spiritualis quietem aliquam

fremente licet Satana, meruisset. Quibus exemplis **DEVS** videtur osten-

dere voluisse, quàm sit arduum, inquit semel cum luxuria fœdus dis-

soluere.

**IV. REMED.** Ut primum animum tuum titillauerit cogitatio libidi-

nis, confestim eam expelle. Quemadmodum enim miles ianuam domus Cypri. serm. de ieiunio.

ingressus, facile totam domum occupat, sic carnis tentatio. Vnde **B. CY-**

**PRIANVS**. *Diaboli primis titillationibus obuiandum est, nec coluber fœneri debet;* Hieron. c. 9.

*donec in serpentem formetur. Hieronymus in Ecclesiasten. Diabolus ser-*

*pens lubricus est, cuius capiti, hoc est, primæ suggestioni si non resistatur, non est du-*

*bitandum, quin in penetrabile cordis furtim illabatur. Et in epistola citata ad Eusto-*

*chium. Noto serenas cogitationem libidinis crescere, nihil in te Babylonium, nihil con-*

*fusionis adolescat. Dum parvus est hostis interfice, nequitia, ne Zizania crescant, et da-*

*tur in semine. Audi psalmistam dicentem. Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet*

*tibi retributionem tuam. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram. Quia* Psal. 136. 8.

*enim impossibile est, in sensum hominis non irruere inmatum medullarum calorem, ille*

*laudatur, ille prædicatur beatus, qui ut caperit cogitare sordida, statim interficit cogi-*

*tatus, & allidit ad petram, Petra autem Christus est. Et Cassianus in libro* Call. c. 14. Prou. 4. 23. Gen. 3. 1.

*sexto institutionum. Illius præcepti iugiter meminisse debem. Omni custodia serua-*

*cor tuum, & secundum DEI principale mandatum sollicitè serpentiis obseruare na-*

*xium caput, id est, cogitationum malarum principia, quibus serpere in animam nostram*

*diabolus tentat: ne si caput eius per negligentiam penetrauerit cor nostrum, reliquum*



eius corpus, id est, oblectationis assensus illabatur. Qui proculdubio si fuerit intrinsecus morsu virulento mentem interimet captiuatam. Emergentes etiam peccatorum terra nostra, id est, sensus carnales in matutinis suis ortus nos oportet extinguere, & dum adhuc parvuli sunt allidere filios Babylonis ad petram. Qui nisi dum teneri sunt fuerint enecati, adulti per conuentionem in perniciam nostram validiores surgent.

V. REMED. Si aditum fortè cogitationi tua in curia dederis, & pecculum sit consensus, magno affectu clama ad Dominum, more eorum, qui orta tempestate in discrimine sunt naufragii; ac breuia aliqua efficaciaq; S. scripturæ dicta vsurpa, vt, *Deus in adiutorium meum intende, Dominus ad adiuuandum me festina. IESU fili David miserere mei.* Ita consultit B. Hieronymus epistola citata. *Non soluatur, inquit, fascia pectoralis sed statim ve libidinis illauerit sensum, aut blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfructeris, erumpamus in vocem. Dominus auxiliator meus, non timebo, quid faciat mihi caro. Cum paululum interior homo inter vitia atq; virtutes cæperit fluctuare, dicito. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? spera in Domino, quia confitebor illi, saluatus vultus mei, & Deus meus.* Nec mirum, quod ad Deum confugas, quia inter omnes virtutes maximè castitas doni diuini nomen obtinuit. Vnde Sapiens. *Sciuit, inquit, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & idcirco adi Dominum & deprecatus sum illum.* Sic B. Sufanna in angustis constituta ad solum Deum per fugium habuit. Sic Apostolus ter Cæcum rogauit, cui stimulos carnis pateretur. Sic Augustinus clamauit. *O amor, qui semper ardes, & nunquam extingueris. Caritas Deus meus accende me. Continentiam iube. De quod iube, & iube quod vis.* Sic B. Iustinateste Nazianzeno, cum eius pudicitiam attentaret Cyprianus magus deploratis omnibus aliis remedijs ad Deum, & B. Virginem Mariam confugit, & magum dæmon obfedit. Sic S. Thomas Aquinas, cum præcox scortum in eius cubiculum immisillum esset, statim auxilium CHRISTI & B. Virginis implorauit, orans in hunc modum. *Ne sinas quaeso Domine IESU, & tu sanctissima mater & virgo Maria, vt tam immani me scelere obstringam.* Et ilico titione ex igne raptò, illud fugauit, ostioq; concluso à duobus Angelis lumbos sibi constringens, ad perpetuam continentiam seruandam, quam & impetrauit. Sic deniq; nos ipsi quotidie in Dominica oratione Deum precari, vt ne inducamur in tentationem, à saluatore instituti sumus. Eodem pertinet, si feruente tentatione aliquando ob oculos ponas Christum quasi præsentem, & cruci pro te suffixum. Quod suadet pius HIERONIMO de S. Victore Quoties, inquit, te sentis turpibus cogitationibus pulsari, & ad illicitam delectationem affici, rotas pone ante mentis oculos quomodo Christus in cruce crucifixus est pro te. Intuere quomodo à Iuda Iudæis traditur, & quam viliter pertractetur, blasphemetur & colaphizetur, inducitur, & condeinatur, expolitur, & flagellatur, ad vltimum

Ecl. 13. 2.

Psal. 69. 2.  
Hier. ad Euz.  
Roch.Psal. 117. 6.  
Psal. 41. 12.Sap. 8. 12.  
Dan. 13. 35.  
2. Cor. 11. 8.Aug. 10. confes.  
c. 29.Greg. orat. in  
lauacem Cypri-  
ani  
Iur. in vita.

Marth. 6.

Flugo lib. 3. de  
sentent. c. 23.



per de contumeliosis affectus inter duos latrones suspenditur, clavis crucis affixus, spiritus derisus spinis coronatus, lancea perforatus, ex omnibus partibus sanguis emanat & inclinato capite emittit spiritum. Ita redemptor tuus moritur pro te, & tu ne scis, cuiusmodi sordida cogitatione sordidaris in mente?

VI. REMEDIUM est Fuga. Hoc remedium præscripsit Apostolus dicens in priore Epistola ad Corinthios. *Fugite fornicationem.* Vnde **AUGUSTINUS** in sermone quodam Dominicæ 25. post Trinitatem. *Quod libidine fugiendam esse suggerimus; Apostolus Paulus euidenter ostendit, qui cum omnibus vitiis prædicauerit resistendum, dum contra libidinem loqueretur, non dixit. Resistite, sed fugite fornicationem. Sic et alibi in scripturis diuinis legimus. Noti, inquit, in faciem virginis intendere, ne te scandalizet vultus eius. Et beatus Ioseph, ut impudicam dominam possit euadere, palliū, quo apprehensus fuerat reliquit & fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obtinere victoriam. Nec tibi vitandum nisi fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Sic & **AMBROSIVS** in libro de Pœnitentia. *Transcamus & nos ignem libidinis, quem timens Paulus, sed nobis timens, qui castigando corpus suum fecerat, ut iam non timeret si is sed dicit nobis. Fugite fornicationem, Fugamus ergo tanquam sequentem, que non post nos, sed in nobis sequitur. Nosmetipsos ergo videamus diligenter, ne dum illam fugimus, nobiscum eam portemus. Volumus enim plerumq; fugere, sed si non penitus excutimus animo, tollimus eam magis, quam relinquimus.* **CAYSA** autem cur hoc vitium fuga magis, quam congressu & pugna expugnetur, illa videtur, quod cum naturali affectione nostra maximam habent coniunctionem, atq; ita iucunda quadam necessitate voluntatem trahat ad peccatum. *Vnusquisq; enim, ait B. IACOBVS* Apostolus, *tentatur a concupiscentiis suis illis & abstrahitur.* Vnde **CASSIANVS** alicubi vocat pugnam iniustitiam. Deinde, quia delectatio morosa imprimis viget in hoc peccato: neque enim solum actio externa ab interno desiderio in eo distinguitur, de quo illud Christi intelligitur. *Qui videris mulierem ad concupiscendum eam, iam macchatus est eam in corde suo, sed etiam ipsa delectatio, qua oblectatur animus de cogitatione turpi, sæpe est mortalis, etiam si factum repudietur.* **TORTUS** homo, inquit **AUGUSTINUS** in libris de Trinitate, *damnabitur, nisi hæc qua se de voluntate operandi, sed tamen eum voluntate animum talibus oblectantibus cogitationibus sentiantur esse peccata, per meritum gratiam remittantur.* Vnde illud **HIERONYMI**. *Perit & mente virginitas.* Et **Cassianus** districtam, ut ipse vocat, **S. BASILII** sententiam laudat dicentis. *Et mulierem ignoro, & virgo non sum.* **Quare** iidem **S. Patres** primo hoc vitium conuenienter phrasi Pauline vocant ignem. quis. n. igne forte in sinu exortū non statim excludat? ac **Ambrosius** quidem in libro priore de pœnitentia allegat illud. *Bonū est inbere magis quam vri.* Est enim flamma, inquit, quæ interna vrit. **Basilii**: verò in*

1. Cor. 6. 18.  
Aug. serm. 2.  
Eccl. de honestate  
mul. c. 1.  
Eccl. 9. 5  
Gen. 19. 12  
Amb. li. c. 14.  
1. Cor. 6. 18.  
Iac. 1. 14  
Cass. li. 4. c. 7.  
Matth. 5. 28.  
Aug. 12. de Trinitate c. 12.  
Hier. ep. ad Faust.  
Cass. li. 6. c. 18.  
Amb. c. 11  
1. Cor. 7. 10.





Eph. 6. 16.

Basil. q. 19.  
Amb. de lo-  
seph. cap. 5.

Constitutionibus monasticis, illud. *Sumentes sentum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi igne aextinguere.* Deinde conferunt cum voluptate petulenti. Quid verò studiosius fugimus quam pestem? Ita idem Basilus in regulis fulius disputatis. Et Ambrosius, sic scribens, de fuga Iosephi patriarchæ. *Quicum ab uxore Domini conveniret, teneri veste potuit, animo capi non potuit: ac ne ipsa quidem verba diu passus est. Contagium enim iudicavit, si diu moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua transfrent.*

1. Cor. 9. 27.  
Naz. de laud. S.  
Cypriani.

VII. R E M E D. Castigatio corporis periciunia, vigiliis, flagellationes, aliq; id genus, semper à sanctis omnibus vsurpata exemplo Apostoli scribentis. *Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne quando reprobus efficiar.* Hoc antidotum teste B. GREG. Nazianzeno, vsurpavit post preces B. Iustina cum à Cypriano mago pelliceretur ad libidinem. *Ieiunii, atq; humicubitationis, inquit, pharmaco sese communitate ve formæ venustatem tanquam insidiosam obscuraret, sicq; flammæ materiam subtraheret ac libidinis faciem absumeret: partim ve humilitate sua propitium sibi Deum et exorabilem redderet. Neque enim vlla re perinde, atq; corporis animiq; afflictione conciliatur DEVS, lacrymisque misericordia vicissim rependi solet.* Imo vsurpavit & ipse Gregorius. Nam in carmine quo deplorat animæ suæ calamitatem ita loquitur. *Cælestem regem, qui omnia imperio tenet supplex obtestor, ve corporis animaq; bellum in me comprimat, nimirum præstabilioris parti, ut æquum est, deteriori em subiciens, et c. vincti claustra impono, animum morore conficis, lacrymarumq; vim profundo, sempiterno regi debilitata genua flecto, ac sordidatus incedo, et c. pro lecto mihi choros est, pro linteum ciliticum, et pavimentum lacrymis perfusum.* AMBROSIVS libro de Poenitentia. *Libido grauis ignis est, et ideo non demit illi alimenta luxuria. Pascitur libida conuiuis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur.* HIERON. ad Furiam, de viduitate seruanda. *Ardentes diaboli sagitta, ieiuniorum et vigiliarum rigore restinguenda sunt.* Et post. *Quid necesse est nos iactare pudicitiam, qua sine comitibus et appendicis suis continentia et parcitate, fidem sui facere non potest. Apostolus macerat corpus suum, et anima subicit imperio, ne quod alius præcipit ipse non seruet, et adolescentula feruente cibis corpore decasitate secuta est? Et ad Eustochium se vsum hoc antidoto fatetur. Omni auxilio in ere mo destitutus ad Iesum iacebam, pedes aut, rigabam lacrymis, crine tergebam, et repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Memini me clamantem diem crebro iunxisse cum nocte ne prius à pectoris cessasse verberibus, quam rediret Domino increpante tranquillitas. Et infra. Si quid itaque in me potest esse consilii, si experto creditur, hoc primum moneo, hoc obtestor, ve sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt demonum. Facile aliis caremus vitiis, hic hostis nobis inclusus est. Quocumque sergimus, nobiscum portamus inimicum. Vinum et adolescentia duplex incendium voluptatis est. Quid oleum flammæ adiciamus? B. GREG. Romanus in primum Regum. Abstinentia ciborum contra hoc vitium fortissima est. Si enim*

Amb. l. 1. c. 14.

Hier. ep. 10.

1. Cor. 9. 27.

Ep. 22. de cultu  
Virg.

Greg. l. 5. c. 14.



ignis libido est, subtrahis igni materiam, cum cibos subtrahis, & vinum praesertim, in quo, ut est apud Apostolum, luxuria est.

Eph. 5. 2

*Exempla Sanctorum qui libidinem in carne subito exortam, vel à demone excitatam extraordinariis pœnis profligarunt.*

**PRIMVS** sit **S. BENEDICTVS**, cui cum malignus Spiritus, teste **B. GREGORIO**, in dialogis, speciem feminæ quam aliquando viderat obiecisset, tantoq; libidinis igne animum eius accendisset, ut pœnè de deserenda eremo deliberaret, abiectis ilico vestib, nudum se in vřucas & vepres abiecit, & tam diu in illis se volutavit, donec per *cutis vulnera*, inquit **GREGORIVS**, eduxisset vulnus mentis. Ex quo tempore, sicut post ipse discipulis perhibebat, ita in eo est tentatio voluptatis edomita, ut tale aliquid deinceps minime in se sentiret.

Greg. l. 2. dial. cap. 1.

**SECVDVS** sit **S. BERNARDVS**. Is, ut legere est in eius vita apud **Surium**, antequam monasticen professus esset, fixius aliquando mulierem quandam erat intuitus. Vbi autem se collegit, tanta cupiditate vindicandi hanc curiositatem exarsit, ut subito in vicinum lacum tempestate præfrigida desiliret. In eo immersus collo tenus vsq; eo consistit, dũ exanguis, & tantum non congelatus omnem libidinis calorem extingueret. Vnde postea in religione, teste **Guilhelmo abbate S. Theorici** vitæ eius scriptore, ad eum statum peruenit, ut non modo caro se aduersus Spiritum non commoueret, sed Spiritus etiam vltro dominaretur carni.

Lib. 1. c. 3. &amp; 4.

**TERTIYS** est **S. FRANC.** qui, ut scribit **B. Bonaventura** in eius vita, circa conuersionis suæ primordia tempore hyemali in foueam glacie plenam se ipsum plerunq; mergebat, ut domesticum suum hostem perfecte subigeret. Alias verò apud eremum de **Sarthiano** nocte orationi vacantem dæmon cum tentatione libidinis accendere cœpisset, chorda se verberavit fortissime, dicēs. Eia frater asine, sic te decet manere, sic subire flagella: cellam deinde egressus in medias niues se abiecit. Qua pœna sic ardorem extinxit libidinis, inquit ille, ut deinceps tale aliquid minime senserit.

Bon. c. 5.

**QUARTVS** & quintus sint **SS. eremitæ, MARINIAN. & IACOB.** qui internam libidinis flammam ex præsentia meretriculæ, quæ per fraudem in tempesta nocte in earum cellas irrepserat, ortam corporali incendio tum in se tum in scorto depulere, cum alter sinistram manum, alter totum corpus igni ex sarmentis excitato immisisset, ut est in eorum vita apud **Surium**. Vtroq; exemplo admirabilis est, quod commemorat suo

Surt. 1. Febr. &amp; 14. Ian.



Cantip. lib.  
Apom. l. c. 30.

seculo in Hispania accidisse **T H O M A S** Cantipratenfis de quodam Dominico Ordinis S. Dominici monacho, qui ab impurissimo scorto inuitatus ad cōcubitum, simul atq; aduenit, se totum in ardentissimas prunas lecti instar compositas abiecit, nec tamen vlla corporis parte lesus est, quo factio diulgato mirificè familia Dominicanorum propagata est.

Is. 22. q. 156. a. 4.

Arist. 7.  
E. h. c. 6.  
Psalm. 31. 9.  
2 Pet. 2. 22.

Phil. 3. 19.

Clem. 4. Strom.

Amb. l. 1. c. 7.

Ier. 13. 17.  
Caesar hom. 3.  
In eius vita.

Pallad. c. 19.

In Ser. 20. la.  
20. 47.

**VIII. R E M E D I V M.** Considera fœditatem huius vitii quæ tanta est, vt propriè ei competat nomen turpitudinis & flagitii, cuius causam reddit **B. T H O M A S** Aquinas, quod omnia sensu, & cupiditate carnali, quæ nobis communis est cum bestiis, non ratione, metiatur. Vnde & Aristoteles, aliiq; Ethnici Philosophi luxuriam inter belluina vitia enumerant, ac diuina scriptura luxuriosos confert apud Psalmographum *equis et mulis, quibus non est intellectus*, & apud B. Petrum, *sui lotæ in volutabro luti*. Eorum verò actus appellat confusiones, vt in epistola Apostoli Iudæ. *Fluctus feri maris, inquit, despumantes suas cōfusiones*. Et B. Pauli. *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*. Vnde pudefacti refugiant lucem, semperque reformidant, ne in fœditate sua deprelendantur. **C L E M E N S** Alexandrinus in libris Stromatum comparat libidinosum centauro, qui sursum hominis, deorsum equi effigiem refert. **A M B R O S I V S** in libro de Abraham Patriarcha causam reddit, cur equo rectè comparatur. *Equus enim, inquit, stare nescit, velox ad impetum, pernicem exaltans suam, hinniens ad libidinem. Quid tam simile peccati? Fertur enim primo culpa impetu et omnem recti cogitationem præuenit, motuq; immaturo exilit, vt eam difficile ratio reuocare possit. Fertur in præceps, et ascensorem eius proicit in mare istud huius seculi, ceruice tumida recusans iugum correctionis. Est specialis quædam forma libidinis, quæ vocem mutet hominis, verba amantis corrumpat, suisque se prædat sermonibus. Denique ad Iudam per Ieremiam dicit Dominus Deus. Nunc videtur ignominia tua, et adulterium tuum, et hinnitus, et alienatio fornicationi tuae supra colles.* **C A E S A R I V S** in homilia quadam, foetorem huius vitii confert cloacæ. *Si bene, inquit, ac rectè iudicet, incomparabiliter grauiorem putorem reddunt cogitationes luxuriose, quàm cloacæ.* **R A I M V N D V S** Capuanus S. Catharinæ Senensis Confessarius scribit eam, si aliquando à viris vel fœminis opulentis sed flagitiosis saluaretur, nihil respondisse, nec eos aspexisse, imò tergum obuertisse, & dixisse se ex anima illorum tantum foetorem efflantem sensisse, vt ad vomitum prouocaretur. Palladius in historia Lausiaca commemorat S. Pachomiū, cum dæmoni, qui in specie Æthiopiæ ad cētandum ipsum aduenerat, colaphum infregisset, foetorem manu contractum duobus vix annis eluere potuisse. Et S. Euthymius Abbas, vt refert Cyrillus monachus in eius vita, cum forte transiret quendam qui turpi suggestioni assenserat, tantum sensit foetorem, vt à dæmone possessus videretur.



IX. R E M E D. Considera quam grauius à Deo punitum sit crimen luxuriæ. Quod ad scripturas sacras attinet. Propter illud diluuiò totus orbis periit. Sodomæ igne & sulphure de cælo consumptæ. Hemor subito occisus, Sichem euerfa. Tota tribus Benjamin ad internecionem deleta. Samson excæcatus. Amnon à fratre Absolon occisus. Dauid ipse deceptus. Salomon idololatra factus. Saræ septem mariti occisi, sènes Sufanna accusatores lapidati. Populi Israelitici hominum 24. millia interfecti. In aliis historiis siue Ecclesiasticis, siue secularibus, exempla eiusdem generis sunt quam plurima. In B. GREG. dialogis primû est de Florentio presbytero, qui inuidens foelicibus Ordinis S. Benedicti auspiciis septem puellas nudas manibus confertis choreas agentes in hortum monasterio eius vicinum immisit, vt monachorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammaret. At Benedictus non ignarus id propter se factum, cum paucis fratribus locum deseruit. Quod vbi Florentius stans in solario cognouit, vehementer exultauit, sed confestim solarium casu suo hominẽ obtruit. ALTERVM est, de Episcopis Africanis, qui, Iustiniani Cæsaris æuo, cum ab Ariano Wandalorum rege ob fidei constantiam illis linguæ exectæ essent, vacuo tamen ore integra verba formantes clamant. Ecce videte, linguas non habemus & loquimur. *Quorum vnus*, inquit Greg. Constantino- poli postea in luxuriam lapsus mox priuatus est dono mirabilis: recto videlicet omnipotentis Dei iudicio, vt qui carnis continentiam neglexerat seruare, sine lingua carnes non haberet verba veritatis. PALLADIVS in historia Lausiaca, agens de S. Macario Alexandrino. Ego, inquit, ad eum accessi aliquando & extra cellam inueni tancem quandam vici presbyterum, cuius caput ita erat exesum à morbo, qui dicitur cancer, vt etiam os totum apparet in vertice. Is accessit ad ipsum vt curaretur; nec eum admittit ad colloquium. Rogavi autem eum dicens. Misere huius miseri, & saltem da ei Responsum. Is verò mihi respondit dicens. Est indignus qui curetur. Quod si velis eum curari persuade ei, vt deinceps abstineat à ministerio sanctorum Sacramentorum. Ego autem ei dico. Quamobrem quaeso? Is verò dicit. Fornicans sacrum peregris ministerium, & ideo castigatur. Nunc ergo si metu desistat ab eo quod ausus est tacere per contemptum, DEVS ipsum curabit. Cumque spondisset se facturum, sanctus ei manus imposuit, & paucis diebus curatus est, capilli que eius creuerunt, & sanus domum rediit. Deinde de B. Abbate Innocentio. Cum is fuisset illustris in palatio inter magistratus Constantini Imperatoris mundo renunctauit, profectus à matrimonio. In quo etiam habuit filium Paulum nomine domesticum, qui militabat. Is cum peccasset in filium presbyteri imprecatus est proprio filio Innocentius Deum rogans & dicens. Domine, da ei Spiritum, ne amplius inueniat eius caro tempus peccandi: melius arbitratus eum pugnare cum demone, quam cum intemperantia. Quod etiam factum est. Nam nunc quoque adhuc est in monte oliuarum ferrum gestans, & castigatus à Spiritu.

Gen. 7. 21.  
Gen. 19. 25.  
Gen. 34. 26.  
Jud. 20. 47. & 14.  
2. 1.  
1. Reg. 13. 31.  
Et 11. 4.  
3. Reg. 11. 4.  
Tob. 3. 8.  
Dan. 13. 62.  
Num. 25. 9.  
Greg. 2. dial. c. 8.

3. dial. c. 22.

Pall. c. 20.

ibid. c. 102.



X. REMED. Crebra meditatio mortis, aliorumq; nouissimorum.  
 Greg. 16. mor. c. 37. *Nihil enim se, ait GREG. magnus, ad edomandum desideriorum carnalium appetitum valet, quàm ut vnusquisq; hoc quod viuum diligit, quale sit mortuum, perscrutetur.* Et B. ISIDORVS de summo bono. *Quando impulsus de mortuum mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicii metus, & eterni tormenta incedunt ante oculos proponantur, quia nimirum omnis pena grauioris supplicij formidine superatur.* Sicut enim clauus clauum expellit, ita sepe recordatio ardoris gehenna ariditatem excludit luxuria. Idem remedium suis præscripsit, teste B. Athanasio olim S. Antonius. *Cessabit, inquit, amor mulierum, libidinis extinguetur incendium, si ante oculos semper habebimus ultime retributionis aduentum, quia maior formido iudicii, & panarum timor horridus simul & lubrica carnis incensura dissipatur, & ruentem quasi ex alta rupe sustentat.* Vnde CASSIAN. *Continentes multum cessare non dubitamus, qui impugnationem carnis, quam vel raro, vel quotidie sustinent seu metu gehenna, seu deserto regni caelorum extinguunt, atq; comescunt.* THO. Cantipratensis in libro Apum tale narrat exemplum. *VIDI sanctum Virum M. Guidonem presbyterum Monialium Niuellensium, de quo certissimè ferebatur, quod cum in Schonegio Hamonia oppido scholas regeret adolescens, incausè semel feminam contemplantus per annos tres, etiam ipsa mortua in tantum tentatus est, ut expro eo, quod vigilans sustinebat, omni nocte in somnis crederet esse presentem. Sentienti ergo diabolum circa se non cessare, de nocte clam tumultum mortua mulieris aperuit, natesq; & faciem in caeno putrefacti corporis tam diu tenuit, ut pæne fetore nimio suffocatus quasi mortuus caderet resupinus. Quæ res in tantum valuit sancto viro, ut nullum posse a stimulum in carne sentiret.* NON absimile exemplum habes in Vitis Patrum de pio eremita Scythiæ, qui cum non ignoraret sepultam feminam, cuius memoria sæpè animo recurrebat, ingressus sepulchrum abstulit putridi cadaveris partem, eamq; panno inuolutam seruabat, ut cum sentiret libidinis commotiunculam, hunc foetorem subito applicaret ad nates non minore sui victoria, quam sensuum molestia.

XI. REMED. Otii detestatio. *Orosius* inquit Ecclesiasticus, *multam malitiam docuit. Eam præcipuè quam Salomon describit dum ait. Desideria occidunt pigrum. Totâ die concupiscit, & desiderat.* Vnde Ezechiel exponens causas peccati Sodomorum, quod erat luxuriæ: *Hæc, inquit, fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ. Superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius.* Legimus Dominum Deum idcirco noluisse omnes Canaanorum populos delere, ut erudiret in eis Israel, hoc est, ut occupati in oppugnandis illis non indulgerent otio. Vnde B. GREG. in primum Regum ita scribit. *Inter opera & labores spirituales contra stimulos carnis fortes sumus: sed si quasi fessi à solitæ conuersationis rigore torpescimus, vel remittimus, dum paulatim negligimus, aculei carnis insurgunt, qui quasi de possessis Moysi maribus Israelem vincunt. Cuius causam paulopost subiicit. Quum duas simul res cogitare*

Greg. 16. mor. c. 37.

Isid. l. i. c. 39.

Athan. in vita.

Cass. l. 6. inflit. c. 4.

Cantip. lib. 2. c. 30.

V. P. p. 2. de for. sic. n. 10.

Ecclesi. 33. 29.  
 Prover. 21. 25.  
 Ezech. 16. 40.

Jud. 2. 21.

Greg. li. 6. c. 1.

ib. c. 2.



non possumus, sit ut aliquid aliud cogitando non cogitemus immunda. Celer ergo & facilius victoria libidinis est, circumspectio cogitationis, si quoties carnalia obuiant ad aliquid aliud recurramus, quod libidinis non sit incitamentum. In quem sensum **BASILIVS** quaestione posita, quod sit, tentationis carnalis remediatur, respondet: *Desiderium rerum meliorum*. Et **S. HIERONYMVS** in Epistola ad Rusticum monachum, docet ex Philosophorum sententia amorem veterem, amore nouo, quasi clauum clauo, expellendum. Quarum autem rerum nouo amore & studio otium, omnesque carnales cupiditates excludi queant eadē epistola fusē profecquitur. *Nunquā, inquit, de manu & oculis tuis recedat liber, discatur Psalterium ad verbum, oratio sine intermissione, vigil sensus, nec vanis cogitationibus patens. Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis. Facio aliquid operis, ut te semper diabolus inueniat occupatum, &c. Scribantur libri ut & manus operetur cibum, & animus lectione saturetur. In desideriis est omnis otiosus. Aegyptiorum monasteria hunc morē tenent, ut nullum absq̄ operis labore suscipiāt, non tam propter vitius necessitatem quā propter animā salutem. Ne vagetur pernitiosas cogitationibus mens, & instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuariet pedes suos. Dum essem iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, incensus uictorium, ardoremq̄ natura ferre non poteram, quem cum crebris ieiuniis frangerem, mens tamen cogitationibus astuabat. Ad quam e. lo mandam cuidam fratri, qui ex Hebrais crederat, me in disciplinam dedi, ut alphabetum discerem & stridentia anhelantiaq̄ uerba meditarem. Quid tibi laboris insumperim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesq̄ cessauerim, & contentione descendis rursus uiceperim, testis est conscientia.*

Basil. reg. breu.  
q. 10.  
Hier. ep. 4.

**XII. REMEDIUM** est Custodia sensuum, maximē visus & tactus. Hoc remedium praescribit Christus Dominus apud Mattheum. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum. Et si manus tua scandalizat te, abscinde eam.* Manu enim fit tactus. Et **SS. Patres**. *Si Virginitatem*, ait **AVGVSTINVS** in libro 50. homiliarum. *anima integram seruare desideras, quantum potes, obserua blandimenta draconis, ne forte si incautus fueris, quinq; sensus, qui in te sunt quasi quinq; uirgines permittas a serpente corrupti, &c.* Et **B. GREG.** in uerba Iob. *Pepigit foedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de Virgine.* *Cum sit inquit, inuisibilis anima, nequaquam corporearum rerum delectatione tangi uir, sed per quinq; corporis sensus, quasi per fenestras interiora respiciens concupiscit. Hinc etiam Ieremias ait. Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domus nostrae. Mors quippe per fenestras ascendit, & domum ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia ueniens habitaculum intrat mentis, &c.* *Ne ergo sanctus Iob cogitationes cordis caste seruare potuisset, foedus cum oculis pepigit, ne prius incaute aspiceret, quod postmodum inuisus amaret. Ne ergo quadam lubrica in cogitatione uersemus, prouidendum nobis est, quia inueniri non decet, quod non licet concupisci.* Idem habet **B. BASILIVS** lib. de uera uirginitate, & **CASSIANVS** libro 6. institutionum. cap. 3. *Neglecti*

Matth. 5. & 18.

Aug. hom. 35.

Greg. 11. in Iob.  
c. 1.  
Iob. 30. v. 1.

Ier. 9. 21.



Gen. 3. 6.

Hier. epist. 22.  
1. Reg. 11. 2.Euf. l. 8. c. 4.  
Amb. l. 3. de vir-  
gin. Et exhort.  
ad Virgin.]Hier. in Paulo  
eremita.  
Prat. c. 60.Pler. in vita  
Demet.

Cass. c. 10.

Hier. ep. 4.

huius antidoti exempla non desunt luétuosa. Primum communis or-  
nium parentis Eux. *Neg, enim Eux,* ait loco iam citato Gregorius, *vetus*  
*lignum contigisset, nisi hoc prius incaute conspiceret. Scriptum quippe est. Vidit miles*  
*quod bonum esset lignum ad vescendum et pulchrum oculis, aspectuq, delectabile, et in-*  
*lit de fructu illius et comedit.* Alterum est Davidis regis, de quo Hieronymus  
ad Eustochium. *David secundum cor Domini electus, et qui venturum Christus*  
*santo saepe ore cantauerat, postquam deambulans super tectum domus sua Bechabea*  
*peius est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Vbi et illud breuiter attinge, quod nul-*  
*lus sit etiam in domo tuus aspectus. Quapropter ad Dominum penitens loquitur. Tuis*  
*soli peccavi, et malum coram te feci. Rex enim eras, et alii non timebat. Omitto alia,*  
Samsonis, Salomonis, Holofernis, duorum seniorum apud Daniele, &c.

XIII. REMED. Considera exempla eorum, qui pro castitate corpo-  
ris tuenda atrocissima quæq, etiam mortem ipsam, perpeffi sunt. In veteri  
testamento habemus exemplum B. Ioseph, & Sufanne. In nouo S. Tecla,  
Agneta, Agatha, Cecilia & aliarum. Euseb. Cæsariensis refert de Ro-  
mana quæ se transfodit, ne à Maxentio tyranno vitaretur. Ambrosius  
de Antiochena, quæ vna cum filiabus se præcipitavit in profluentem. Et  
de adolescente Etrusco, qui cum ob admirandam oris propriæ pulchritudinem in  
amore accenderet feminas, fertur stigmatibus inarasse vultum suum, ne quæcum al-  
iam repperit. HIERON. de iuvene, qui præsumptum morsu linguam in osculantis  
scortii faciem expuit, ac sic libidini sensum succedente doloris magnitudine superanti.  
P R A T V M spirituale de virgine Alexandrina, quæ aduertens suorum mo-  
culorum pulchritudine captum adolescentem in oculos sibi et dicit. *Laços*  
de Vitriaco Cardinalis de virginibus Leodiensibus, quæ ne opprime-  
rentur à militibus se in aquas & cloacas præcipites egerunt. P. V T. R. C. H.  
de Democle adolescente formoso, qui cum lauaturus in balneo aduente-  
ret regem Demetrium sua forma captum, detractio vicini aheni operculo  
in feruentem aquam insiliit. Quid mirabilius quam tantum principis pro-  
missis & blanditiis puerum non cedere?

XIV. REMED. Recursus ad Patrem Spiritualem, et aximè pro Reli-  
giosis. Est Ioannis Cassiani collatione secunda, causamq, reddit quæ non  
valebit, inquit, ignorantia eius (religiosi) callidus hostis illud re, qui omnes cogi-  
tationes in corde nascentes pernitiosa verecundia nescit obtegere, sed eas maturo exami-  
ne sentorum vel reprobat, vel admittit. Illico namq, ut patefacta fuerit, cogitatio mali-  
gna marcescit, et antequam discretionis iudicium proferatur, serpens teterrimus, velut  
tenebroso ac subterraneo specu virtute confessionis protractus ad lucem, et traditus  
quodammodo ac de honestatis abscedit. Tam diu enim suggestiones eius noxie dominan-  
tur in nobis, quam diu calantur in corde. Illustre huius antidoti exemplum extat  
apud B. HIERON. in epistola ad Rusticum monachum his verbis. *Dicam*  
*& aliud quod in Ægypto viderim. Græcus adolescens erat in canobio, qui nulla*  
con-



tantinentia, nulla operis magnitudine flammam carnis poterat extinguere. Hunc periclitantem Pater monasterii hac arte seruauit. Imperat cuidam viro graui, vt iurgis atq; conuitiis infectaretur hominem, & post irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniam. Vocati testes pro eo loquebantur qui contumeliam fecerat. Flere ille contra mendacium. Nullus alius credere veritati, Solut Pater defensionem suam callidè opponere, ne abundantiori tristitia absorberetur frater. Quid multa? Ita annus ductus est. Quo expleto, interrogatus adolescens super cogitationibus pristinis, an adhuc molestia aliquid sustineret. Papa, inquit. Viuere mihi non licet, & fornicari libeat? Hic se solus fuisse, quo adiutore superasset? IN PATRVM quoq; vitis eiusmodi narratur exemplum. Monachus quidam exagitatus à dæmone cogitatione fornicandi nocte se contulit ad Patrem spirituale qui eum consolatus est, monuitq; vt quoties tentatio repullulasceret ad se quoq; rediret; nihil. n. equo affligere demonè, quàm cū foedæ cogitationes Patri spirituali patefiant, cōtra verò nulla re magis exultare quàm earūdem occultatione. Itaq; factū est vt vndecies, repetita tētatione redierit, ac tandē dæmonē fugauerit.

V. PP. part. 2.  
contra fornic

VIDE V. Amor sui. Chorea. Colloquia otiosa. Consuetudo praua. Ebrietas.  
Exemplum malum. Familiaritas nimia. Gula. Immortificatio passionum. Linguae abusus. Otium. Societas praua. Tentatio. Vestium luxus.  
Voluptas carnalis.



M

MALEDICTIO.

Remedia contra Maledictiones.

**P** R I M V M Remedium. Considera diuinæ scripturæ sententias. Primo enim iubet nos benedicere, vt et autem maledictionem, Vt in Psalmis. *Maledicent illi, & tu benedices.* Et apud Psal. 108. 23.  
Tobiam. *Omni tēpore benedic Deum.* Et in Ecclesiastico. *Ab inope* Tob. 4. 20.  
*ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquoas quarentib. tibi retro maledicere,* Eccli. 4. 5.  
id est, secreto, vt faciunt pauperes dum negatur eis elemosyna. Et apud Rom. 12. 14.  
Apostolū. *Benedicite persequenti. vos: benedicite, & nolite maledicere.* 2. damnat maledicendi consuetudinē, vt animæ & corpori noxiā. Dicit. n. Prophe-  
ta Dauid. *Dilexisti maledictionē & veniet ei. Et induet maledictionē sicut vestimentū.* Psal. 108. 18.

Pp 2 Et